6
3-D
9 M

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
1 I
18

Digitized by Google

Digitized by Google

6 . 1 . 3 . 18

PETRI CIACONII TOLETANI

Opuſcula.

In Columnæ Roſtratæ inſcriptionem
De Ponderibus.
De Menſuris.
De Nummis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMA

Camilli Tucini

ROMAE
Ex Typographia Vaticana.
M DC VIII.

De licentia Superiorum.

Pertinet ad Conv. S. Bonaventura de Urbe

Inter ſchedas Petri Ciaconij Toletani, viri in omni antiquitate eruditiſſimi, qui ſuperioribus annis Romæ obijt, reperti ſunt hi libelli eius manu diligenter quidem deſcripti, non tamen omni ex parte abſoluti, cùm eos iam pridem ſic digeſtos, in arca repoſuerit, iterum relecturus: quod grauioribus poſtmodum curis diſtentus perficere non potuit, nec ſuprema cenſura illos expolire. Sed cum multa in eis & ſingulari obſeruatione collecta, & ab alijs non animaduerſa, multiq. auctorum loci tum ex veteribus libris, tum ex coniectura emendati habeantur, viſum eſt voluntati amicorum de his vulgandis opuſculis aliquando ſatisfaciendum, nec ferendum, vt diutius hæc à bonarum litterarum ſtudioſis deſiderentur, quibus ea ſicut reperta ſunt, libenter impertimur: eosq. de hac re monuiſſe ſufficiat.

NOMINA AVCTORVM, qui in his Opuſculis citantur, vel emendantur.

Ælianus. 60
A. Gellius. 26. 143.144
Appianus Alexandrinus. 60
Ariſtophanis interpres.. 86
Aſconius Pædianus. 124
Alciatus. 149
Appuleius. 167
Atilius Fortunatianus. 36
Auctor ignotus de Ponderib. & menſuris. 94
Auctor de viris illuſtribus. 9
Auicenna. 97
G. Budæus. 149. 152
I. Cæſar. 12.22.28
M. Cato. 77.100
Chariſius.. 10. 150
Cod. Iuſtiniani. 129.130
Cod. Theod. 129.130
Cicero. 7. 11. 13. 22. 33 39. 145.146.147.148.151 155. 164.165 166
Cleopatra de pond. & menſ. 84 87 89 90.92
Columella. 83
Corn. Celſus. 39 44.126.161
Corn. Tacitus. 21.149 157
Q. Curtius. 29
Democrates apud Galen. 89
Diomedes. 14
Dion Caſſius. 128
Dionyſius Halicarn. 143
Dioſcorides. 41.71.88 89
Donatus. 100
Ennius. 34
Eutropius. 12
Exodi liber. 65 66.68.69.70
Ezechiel propheta. 66 69
Fannius. 39. 40. 43. 77. 78. 85.87.88.89 90,94 95.98
Feſtus Pompeius. 10 12.13. 15. 19 20 24.27 29.30.33. 34.59.63.78.82 94.98.123. 140.143. 144
L. Florus. 21.23
Galenus. 41.71. 81. 82. 83. 88 92 93 161
Georgius Agricola. 149
Harpocratio. 86
Herodotus. 59
Heſychius. 88.104
S Hieronymus. 8 66.70
Horatius. 146.151
Inſcriptiones antiquæ. 9
Ioſeph Hebræus. 65.66.70
Iſidorus. 4 13.130
Iuuenalis. 148.151
Kalendarium marmoreum. 9. 12
Lactantius Firmianus. 18
Lampridius. 129
Leuitici liber. 69
Lex xij. Tab. 20 63.144
T. Liuius. 10. 12. 15. 16. 17. 18. 21. 22. 26 28.33.34.35. 60 129.144.145.147
Lucanus. 12
Lucretius. 25
Macrobius. 156
Martialis. 78. 79. 146. 147. 148.150

Mar-

Martianus. 20.25
Nicandri interpres. 87
Nonius Marcellus. 166.167
Numerorum liber. 69
P. Oroſius. 16.23.29
Palladius. 79
Paulus Aegineta. 97
Paulus Diaconus. 16
Plautus. 10.11.12.14.17.18. 19.31.32.34.100.167
Plutarchus. 8.123.146.151
I. Pollux. 58.59.128.132
Pomponius Mela. 11
Plinius. 3.11.18.20.23.26. 28 31.32.40.42.43.44.64. 71.80.83.89.98.99.100. 116.117.124.126.128.142. 143.144 145.152.155.157.
Polybius. 8.10.19.21.28.29. 101 129.143
Priſcianus. 62.95.127.132. 155
Quinctilianus. 3.4.7.8.9.10 12.18.21.25.30.166
Salluſtius. 17.19.22.28
Scaurus. 14
Scribonius Largus. 44
Seneca. 167
Seruius. 3.14.19.58
Silius Italicus. 35
Solinus. 152
Fl. Soſipater. 64.127.143.150
Stephanus. 20
Suidas. 40.41.61.86.87.94. 104
Suetonius Tranquillus. 146. 148.149 156.157
Tabula ænea abaci Romani. 32.155
Tabulæ Capitolinæ. 7.8.12. 33.34
Tabulæ legum antiquarum. 20.24.25.27
Timæus. 123
Terentius. 31
Valerius Maximus. 16
Valerius Probus. 157
M. Varro. 17.18.20.27.39. 63.123.124.125.143.144. 166
Vatinius. 19
Victorinus. 13.14.24
Vitruuius. 64.130
Virgilius. 9.11.58
Vlpianus. 167
Voluſius Mæcianus. 39.40. 62.77.78.80.98.125.145. 158 162
Xenophon. 64
I. Zonaras. 5.128

Anno Domini ∞ ↃLXXIV. Romæ in inſula Tiberina inter duos pontes marmorea baſis cuiuſdam ſtatuæ cum huiuſmodi inſcriptione refoſſa fuit.

SEMONI
SANCO
DEO FIDIO
SACRVM
SEX. POMPEIVS. SP. F.
COL. MVSSIANVS
QVINQVENNALIS
DECVR.
BIDENTALIS
DONVM DEDIT.

Quid autem Semo ſit, ita explicat Fulgentius de priſco ſermone: Semones dici voluerunt deos, quos neque cælo dignos adſcriberent ob meriti paupertatem, ſicut ſunt Priapus, Hippona, Vertumnus; neque terrenos eos deputare, pro gratiæ veneratione, ſicut Varro in Myſtagog. ait: Semoneq. derelicto deum depinnato attollam oris eloquio. Huius autem Semonis Sanci ita meminit Liuius lib. viij. Vitruuium in carcerem adſeruari iuſſit, quoad Cos. rediſſet, tum verberatum necari; ædes eius quæ eſſent in Palatio, diruendas, bona Semoni Sanco (Iano *habent quidam libri veteres*) cenſuerunt conſecranda: quod æris ex eis redactum, ex eo orbes ænei facti, poſiti in ſacello SANCI verſus ædem Quirini. Plinius lib. viij. cap. xlviij. Lanam cum colo & fuſo Tanaquilis, quæ eadem Caia Cæcilia vocata eſt, in templo SANCI duraſſe prodente ſe, auctor eſt M. Varro. Dicebatur & SANCTVS. Plutarchus in problem. Romanis, probl. xxx. Caia Cæcilia honeſta fuit & proba matrona, vxor vnius de filijs Tarquinij, cui Caiæ ἐν τῷ τοῦ σάγκτου ἱερῷ, in SANCTI templo ærea ſtatua priſcis temporibus poſita fuit cum ſandalijs & fuſo: quæ domi actæ vitæ, induſtriæq. ſunt ſigna. DIVS etiam FIDIVS
alio

alio nomine vocabatur. Varro lib.iiij. de ling. Latin. Gallus, inquit, DIVM FIDIVM dicebat Dius filium, vt Græci *Διὸς κόρον*, & putabant hunc eſſe SANCTVM Sabina lingua, Herculem Græca. Feſtus Pompeius in voce Prædia: Prædia, inquit, Verrius vocari ait ea remedia quæ Caia Cæcilia vxor Tarquinij Priſci inueniſſe exiſtimatur, & immiſcuiſſe zonæ ſuæ, qua præcincta ſtatua eius eſt in æde SANCTI, qui deus DIVS FIDIVS vocatur, ex qua zona periclitantes ramenta ſumunt. ea vocari ait prædia, quod mala prohibeant. In gloſſario vero non ita pridem formis excuſo eſt: Diuus filius, *Διὸς υἱὸς ἡρακλῆς*· legendum vero DIVS FIDIVS. Ceterum Dionyſius Halicarnaſſeus lib.ij. ſcribit hunc SANCVM à quibuſdam *Δία πίστιον* vocari. ſic enim interpretatur, Dium Fidium, non, Iouis filium, vt Varro & alij. Quod vero ait hunc eſſe Herculem, ex Varrone ſuperius retuli, & deum Sabinorum peculiarem fuiſſe: quod etiam Feſtus teſtatur cum ſcribit: Propter viam fit ſacrificium quod eſt proficiſcendi gratiâ Herculi aut SANCO, qui ſcilicet idem eſt deus. Lactantius Firmianus lib. I. refert quoſdam populos, gentis ſuæ aut vrbis conditores ſumma veneratione coluiſſe: Vt Latini, inquit, Faunum, Sabini SANCVM, Romani Quirinum. Auguſtinus lib.xviij. de ciuitate Dei cap. xix. Sabini etiam regem ſuum primum SANÇVM, ſiue vt aliqui appellant, SANCTVM, retulerunt in deos. Et Vibius Sequeſter in cõmemorandis Vrbis Romæ regionibus SANÇI genij meminit. Sed SANCVM legendum eſſe, non SANÇVM, Sanqualis porta Romæ ab eo Deo dicta videtur oſtendere, & Propertius cum ſcribit:

Hunc quoniam manibus purgatum ſanxerat orbem,
Sic SANCVM *Tatiæ compoſuere manus.*

Ouidius lib. ſexto Faſtorum, trium nominum huius Dei ita meminit:

Quærebam nonas SANCTO, *Fidio ne referrem,*
An tibi SEMO PATER (ſic enim legitur in libris à Plantino excuſis, non SEMIPATER, aut SEMICAPER, vt antea erat) *tunc mihi* SANCTVS *ait:*
Cuicumque ex iſtis dederis ego munus habebo:
Nomina terna fero, ſic voluere Cures.
Hunc igitur veteres donarunt æde Sabini,

Inq.

Inq. Quirinali conſtituere iugo.

Quo loco in Vaticanis libris pro SANCTO eſt SCO. in alijs vero antiquis diſerte ſcriptum eſt SANCO. & ne quid diſſimulem,in inſcriptione quadam quæ Reate extat, legitur, SEMIPATRI SANCO. Hæc de Semone SANCO, vel SANCTO, deo Fidio. Ceterum videant docti viri,an Iuſtinus Martyr,vtpote externus,& Latinæ linguæ non admodum peritus, ex ea inſcriptione deceptus, in Apologia ſecunda ita ſcribat: Poſt Chriſti aſcenſionem in cælum ijdem genij ſubornarunt quoſdam homines qui ſe pro dijs gererent: qui honores etiam apud vos conſecuti ſunt, tantum abeſt vt pulſi fuerint: ſicut Simonem quemdam Samaritam ortum ex oppido Gitto,qui ſub Claudio Cæſare ſubnixus ope dæmonum, & fretus magicis artibus,in hac vrbe regia deus eſt habitus, & quaſi deus honoratus ſtatua poſita in Tiberi inter duos pontes cum hoc Latino titulo, SIMONI DEO SANCTO. hæc Iuſtinus,qui exiſtimaſſe videtur Semonem eſſe Simonem. Refert etiam Irenæus lib.j. contra hæreſes, cap. xx. Simonem à Claudio Imp. ſtatua fuiſſe honoratum: ſed id à Iuſtino accepit,vt Tertullianus in Apologetico, cap. xiij. cum ſcribit: Cũ Simonem magũ ſtatua & inſcriptione SANCTI DEI inauguratis. vt etiam Euſebius Cæſarienſis lib.ij.hiſt.cap.xij. Nicephorus lib. ij. cap. xiiij. & Nicetas Choniates lib. iiij. Theſauri cap.j.

Digitized by Google

COLVMNAE ROSTRATAE
Inſcriptio a Petro Ciaconio ſupplera.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EM. EMANUELE

C. BILIOS. M. F. COS. ADVORSOM. CARTACINIENSEIS. EN. SICELIAD
REM. CERENS. ECEST. ANOS. COCNATOS. POPLI. ROMANI. ARTISVMAD
OBSEDEONE D. E XEMET. LECIONEIS. CARTACINIENSEIS. OMNEIS
M AXIMOSQVE. MACISTRATOS. LVCAES. BOVEBOS. RELICTEIS
NOVEM. CASTREIS. EXFOCIONT. MACEL AM. MOENITAM. VRBEM
P VCNANDOD. CEPET. ENQVE. EODEM. MACESTRATOD. PROSPERE
R EM. NAVEBOS. MARID. CONSOL. PRIMOS. CESET. RESMECOSQVE
C LASESQVE. NAVALES. PRIMOS. ORNAVET. PARAVETQVE. DIEBOS. LX
C VMQVE. EIS. NAVEBOS. CLASEIS. POENICAS. OMNIS. PARATASQVE
S VMAS. COPIAS. CARTACINIENSIS. PRAESENTED. MAXVMOD
D ICTATORED. OLOR OM. IN. ALTOD. MARID. PVCNANDOD. VICET
XXX QVE. NAVEIS. CEPET. CVM. SOCIEIS. SEPTEMRESMOMQVE. DVCIS
QVINRESMOSQVE. TRIRESMOSQVE. NAVEIS. XX. DEPRESET
AVROM. CAPTOM. NVMEI ↀ ↀ ↀ DCC
ARCENTOM. CAPTOM. PRAEDA. NVMEI ccclɔɔɔ C
CRAVE. CAPTOM. AES. ccclɔɔɔ ccclɔɔɔ ccclɔɔɔ ccclɔɔɔ ccclɔɔɔ ccclɔɔɔ
ccclɔɔɔ ccclɔɔɔ ccclɔɔɔ ccclɔɔɔ ccclɔɔɔ ccclɔɔɔ ccclɔɔɔ ccclɔɔɔ
ccclɔɔɔ ccclɔɔɔ ccclɔɔɔ ccclɔɔɔ ccclɔɔɔ ccclɔɔɔ ccclɔɔɔ PONDOD
TRIOMPOQVE. NAVALED. PRAEDAD. POPLOM. ROMANOM. DONAVET
CAPTIVOS. CARTACINIENSEIS. INCENVOS. DVXET. ANTE. CVROM
PRIMOSQVE. CONSOL. DE. SICELEIS. CLASEQVE. CARTACINIENSEOM
TRIOMPAVET. EAROM. REROM. ERCO. S. P. Q. R. EI. HANCE. COLVMNAM. P.

EADEM EXPLICATA.

Semicirculis incluſa explicationis gratia adiecta ſunt.

Caius Duilius Marci filius Conſul aduerſus Carthaginienſes in Sicilia
rem gerens, Egeſtanos (ſocios atq.) cognatos populi Romani artiſsima
obſidione exemit. Legiones (enim) omnes Carthaginienſium (qui Egeſtam obſidebant, & Amilcar)
maximus (eorum) magiſtratus (feſtinandi ſtudio) elephantis relictis
nouem; caſtris effugerunt. Macellam (deinde) munitam (validamq.) vrbem
pugnando cepit. Atq. in eodem magiſtratu proſpere
rem nauibus mari Conſul primus geſsit: remiges
claſſesq. nauales primus ornauit atq. parauit diebus ſexaginta.
& cum his nauibus, claſſes Punicas omnes, paratas (ornatas) que
ſummas copias Carthaginienſiũ, præſente (Annibale) maximo
dictatore illorum, in alto mari pugnando ſuperauit,
trigintaq. naues cum ſocijs (hoc eſt cum ipſis hominibus) cepit, & ſeptiremem prætoriam,
quinqueremes (præterea) ac triremes naues xx. depreſsit.

Aurum captum nummi III. M̄. DCC.

Argentum captum in præda nummi C. M̄.

Aes graue captum vicies ſemel centena millia pondo

atq. in triumpho nauali prædam (omnem in ærarium) Popul. Rom. intulit.
captiuos (etiam) Carthaginienſes ingenuos (hoc eſt, nobiles aliquot) ante currum duxit:
primuſq. Conſul, de Siculis, & claſſe Carthaginienſium
triumphauit. Earum rerum ergo S. P. Q. R. ei hance columnam poſuit. vel
...mphauit. Earum rerum ergo Marti donũ dedit atq. dicau...

PE-

PETRI CIACONII TOLETANI

IN COLVMNAE ROSTRATAE inſcriptionem à ſe coniectura ſupple-tam explicatio.

COLVMNAE Roſtratæ, quam primo Punico bello ob glorioſam illam naualis prælij de Carthagínienſibus victoriam C. Duilio Populus Romanus in Foro poſuit, ita meminit Plinius lib. trigeſimoquarto, cap. quinto: Antiquior columnarum celebratio, ſicut C. Mænio, qui deuicit priſcos Latinos; item † C. Duilio, qui primus naualem egit triumphum de Pœnis, quæ eſt etiam nunc in Foro. Et Quinctilianus lib. primo, cap. ſeptimo: Latinis, inquit, veteribus D, plurimis in verbis in vltima adiecta eſt; quod manifeſtum eſt etiam ex columna Roſtrata, quæ eſt Duilio in Foro poſita. Seruius etiam ad illud Virgilij Georg. III.

— & nauali ſurgentes ære columnas;

ſic ſcribit, vt quidem in vulgatis exemplaribus legitur: Roſtratas Iulius Cæſar poſuit victis Pœnis nauali certamine, e quibus vnam in Roſtris, alteram ante arcum videmus, a parte ianuarum. Sed rectius in Vaticano libro: Roſtratas * Vilius poſuit victis Pœnis nauali certamine, e quibus vnam in Roſtris videmus, alteram ante Circum, à parte ianuarum. Eius columnæ baſis, ſeu paraſtata potius, non procul ab arcu Septimij, in Foro ipſo Romaño, proximis ſuperioribus annis e ruderibus effoſſa fuit; ſed ea reliquis partibus integra, qua inſcriptionem habuit, quæ Duilij res terra mariq. geſtas continebat, plu-

† ſine vt in mſ. lib. legitur, C. Vilio

* V, enim pro B, in antiquis libris ſæpe repetitur: inde eſt hoc loco Vilius pro Bilius.

ribus locis fracta, mifereq. lacerata eſt, ad eum modum qui ſupra ſcriptus eſt. Verum ſit ne eã ipſa, quã Plinius, Quinctilianusq. viderunt, non facile dixerim : certe antiqua illa, quæ ipſius Duilij ætate, hoc eſt, quingenteſimo fere P. R. C. anno collocata fuit, non eſſe videtur. nam & litteræ elegantiores ſunt, quàm vt illo rudi harum artium ſæculo inciſæ videri poſsint; & ſcribendi ratio, qua illa ætate Romani vtebantur, non ad amuſsim in ea ſeruata reperitur. In ijs enim quæ reſtant eius marmoris fragmẽtis, EN, ſcriptum eſt, & IN. NAVEBOS, & NAVEBOS. CLASEIS, & CLASES. PRAEDAD, & PRAEDA. præterea MACISTRATOS, I, quarta littera, cum ſcribat Quinctilianus lib. primo cap. quarto, antiquos mageſtrum & mageſtratum dixiſſe : à quo etiam mage pro magis Plautus alijq. veteres vſurparunt. MAXIMOS etiam ibi eſt, cum ſic ſcribat idem Quinctil. lib. primo cap. ſeptimo: Etiam optimus, maximusq. vt I, media littera, quæ veteribus V, fuerat, acciperent, C. primũ Cæſaris inſcriptione traditur factum. Quod & ipſum ex Varrone Iſidorus refert lib. primo Etymol. cap. vigeſimoſexto his verbis: Maxumus an maximus, & ſi qua ſimilia ſunt, qualiter ſcribi debeãt quæſitũ eſt. Varro tradit Cæſarem per I, eiuſmodi verba enuntiare ſolitum eſſe & ſcribere. inde propter auctoritatem tanti viri conſuetudinem factam, vt optimus, maximus, peſsimus ſcribatur. Quòd ſi idem Iſidorus vera ſcribit lib. primo Etymol. cap. quarto, X, littera vſq. ad Auguſti tempora nondum apud Latinos erat, ſed pro ea c, & s, ſcribebant. vnde duplex vocatur, quia pro c, & s, ponitur. vnde & ex eiſdem litteris compoſitum nomen habet. Ergo, vt maxime quidem videtur, hæc baſis poſt C. Cæſarem reſtituta fuit, ac fortaſſe etiam poſt Plinium, atque Quinctilianum, eoq. ad antiquam illam ſcribendi rationem negligentius efficta atq. expreſſa eſt. Sed in ijs ſupplendis quæ barbarorum hominũ iniuria corrupta ſunt, mi-

minus vtiq. laboraremus, ſi T.Liuij hiſtoria,quæ magnam his rebus lucem adlatura eſſet, integra exſtaret. nunc illa quoq. eadem iniuria amiſſa,ſit vt coniecturæ vix vllus relictus locus eſſe videatur. Nec enim mihi ipſe tantum arrogo, vt quod eruditi quidam viri,cum in eo non parum ſtudij poſuerint,non ſatis feliciter perfeciſſe videtur,id vel aliqua ex parte aſſecutum eſſe me ſperem.præclare mecum actum exiſtimauero,ſi ea quæ addidi,ab hiſtoriæ fide, antiquitatiſq. illa forma atq. effigie non multum abſcedere alij iudicauerint. Id quo facilius perſpici poſſit, eorum omnium rationem reddere ſtatui. ac primum compendium rerum a Duilio geſtarum ex Zonara, qui res Romanas à probatiſsimis Græcorum auctoribus, Polybio, Dionyſio, Plutarcho, Dioneq. acceptas,non ingrata eſt breuitate cōplexus,exſcribam: ſed paulo altius repetito principio, vt totius hiſtoriæ ſeries clarius cognoſcatur. Is igitur tomo ſecundo ad hunc modum ſcribit: Romani Etruriæ rebus compoſitis, atq. Italia plane pacata, Carthaginienſiū autem creſcentibus rebus,vtrumq. Conſulem in Siciliam miſerunt. Igitur Valerius Maximus, & Otacilius Craſſus, tam ſeorſum quàm vna inſulam peragrantes,multos in deditionem acceperunt; ac locis pleriſq. adiunctis Syracuſas contenderunt. Quorum ſucceſsibus Hieron territus,redditis vrbibus quas eis ademerat,promiſſaq. pecunia,& captiuis dimiſsis, pacem petijt, atq. impetrauit: quòd Coss. eius opibus adiunctis, Carthaginienſes à ſe facilius debellari poſſe ſperabant. Pactis firmatis,ad alias vrbes,in quibus Punica præſidia erant,conuerſi,atq. à ceteris repulſi, Egeſtam vltro ſe dedentem ἐγέσα acceperunt. Ciues enim ob neceſsitudinem ſibi cum Romanis intercedentem (nam ſuum quoq. ortum ad Aeneam auctorem referebant) Carthaginienſibus cæſis, illorum fidei ſe commiſerunt. Et paulopoſt: Carthaginienſes Annoni irati, Amilcarem Barchi-

num ei ſucceſſorem dederunt, imperatorem (Annibale filio excepto) inter ſuos præſtantiſsimum: qui cum Siciliam ipſe tueretur, Annibalem [Giſconis filium] claſsis præfectum in Italiam, oræ maritimæ infeſtandæ cauſa miſit, vt Conſules ad ſe retraheret. Sed eum fefellit opinio. nam præſidijs vbiq. in ora maritima collocatis, in Siciliam profecti, nihil memorabile geſtum eſt. Et deinde: Conſulibus domum reuerſis, Amilcar etiam Italiæ oram claſſe vaſtauit, & quaſdam Siciliæ vrbes ſubegit. quo audito Romani claſſem inſtruxerunt, cui Conſulum alter C. Duilius eſt præfectus. collega eius Cn. Cornelius in Siciliam miſſus: qui cum bello terreſtri, quod mandatum ei fuerat, neglecto, nauibus quas habebat, Liparæ, ſpe proditionis dolo Carthaginienſium facta, appuliſſet, à Bode Annibalis legato circumuentus eſt. Cum autem ad defenſionem ſe pararet, ille Romanorum audaciam veritus, Conſulem ad pacis condiciones prouocauit. Cumq. Conſuli & Tribunis militum perſuaſiſſet vt ipſius triremem conſcenderent, quo cum præfecto claſsis colloquerentur, eos Carthaginem miſit, ceteros non repugnantes cepit. Deinde Annibal in Italiam profectus eſt, Amilcar ad Egeſtam exercitum adduxit, vbi maxima pars Romani peditatus erat; & C. Cæcilio Tribuno militum opem illis ferre volenti, per inſidias multos milites occidit. His Romani cognitis rebus, præfectum Vrbis ſtatim ablegarunt, & Duilium maturare iuſſerũt. Qui in Siciliam cum veniſſet, nauesq. Carthaginienſium craſsitudine & magnitudine Romanis inferiores, ſed celeritate remigij, & nauigandi arte ſuperiores eſſe vidiſſet; machinas quaſdam, anchoraſq. & manus ferreas longis contis præfixas, aliaq. eius generis fabricauit, quibus hoſtiles naues attraherentur, ac tranſitu in illas facto, ſui cum Carthaginienſibus veluti in terreſtri pugna cominus dimicarent. Carthaginienſes cum Romanas naues crebra remigatione

[Margin: Γάϊος Δυΐλιος]

[Margin: ἣ μὲν ἀσύνομον δ᾽ εὐθὺς ἐξέπεμψαν.]

gatione circumdatas, ſubito inuaſiſſent, aliquamdiu æquo Marte pugnatum eſt; deinde vero Romani ſuperiores facti, multos demerſerunt, multos ceperũt. Annibal ſeptireme in qua pugnabat, cum trireme commiſſa, veritus ne caperetur, in aliam nauem ſaltu facto euaſit. Hoc naualis prælij exitu Romani multis ſpolijs potiti atq. aucti ſunt. Et poſt pauca: Duilius peditatu ſibi adiuncto, Egeſtanos liberauit, Amilcare nec ad manus venire auſo: & ſocijs ciuitatibus firmatis, elapſa æſtate Romam redijt. Huc uſq. Zonaras. Deinceps meas coniecturas apponam.

ἐγεσταίους ἐρρύσατο, μηδ᾽ εἰς χεῖρας αὐτῷ τοῦ ἀμίλχα ἐλθεῖν ὑποστάντος.

C. BILIOS. In tabulis quidem Capitolinis A. P. R. C. CDXCIII. legitur: C. DVILIVS. M. F. M. N. ſed longe aliam ſcribendi rationem fuiſſe Romanis Duilij ætate, quàm ea qua marmora Capitolina inciſa ſunt, ex Cicerone, Varrone, Feſto, Quinctiliano, & ex hac ipſa inſcriptione manifeſtum eſt. Quare in ea C. BILIOS ſcriptum olim fuiſſe propemodum mihi perſuadeo Ciceronis auctoritate, qui in Oratore de Latinis veteribus ita ſcribit: Quid vero licentius, quàm quòd hominum etiam nomina contrahebant, quo eſſent aptiora? Nam vt duellum bellum, & duis bis, ſic Duellium eum qui Pœnos claſſe deuicit, Bellium nominauerunt, cùm ſuperiores appellati eſſent ſemper Duellij. Et Quinctiliani etiam, qui lib. primo cap. quarto: Sed B, inquit, in locum aliarum [literarum] dedimus aliquando; vnde Burrus, & Bruges, & Belena: necnon eadem fecit ex duello bellum, vnde Duellios quidam dicere Bellios auſi. Sed Ciceronis Quinctilianiq. libros ijs in locis corruptos eſſe, legendumq. Duilios & Bilios, illi ipſi libri pluribus alijs locis argumento ſunt. Nam apud Ciceronem lib. de Seneƈt. etiam in vulgatis codicibus ita loquitur Cato: C. Duilium M. F. qui Pœnos claſſe primus deuicerat, redeuntem à cena ſenem ſæpe videbam puer; delectabatur crebro funali & tibicine, quæ ſibi nullo exemplo priuatus ſumpſerat: tantum

 licen-

licentiæ dabat gloria. Sed & marmora Capitolina conſtanter Duilium habent, non Duellium, vt auctores Græcos omittam, in quibus ſemper Δουίλλιος legitur. Apud Quinctilianum certe eo loco in duob. mmſs. exemplarib. Duilius eſt, aut Vilius, v, pro B, vt etiam apud Seruium loco ſupra citato. Ergo quēadmodum ex duis veteres fecerunt bis, & duidentem hoſtiam dixerunt bidentem, & duigas bigas, & duonum bonum; ſic in hac baſi pro Duilio Biliom ſcripſerunt. Alioqui quo nam modo ita Cicero ſcribere auſus eſſet, quum in medio Foro, in luce atq. in oculis omniū, tamquam teſtis poſitus eſſet lapis, qui illum aut mendacij aut negligentiæ argueret? aut vnde, niſi ex hac inſcriptione ſcire ille potuit, ex omnibus Duilijs hunc potiſsimum ante ducentos (tot enim fuerunt à Duilio Cos. ad Ciceronem) & eo amplius annos, Bilium fuiſſe appellatum? Accedit ad hæc, quòd in Græcis Polybij codicibus, qui non multo poſt illa tempora vixit, γάϊος λίβιος legitur, litteris, vt fere fit, permutatis, pro γάϊος βίλιος. [C. LIBIOS, pro, C. BILIOS.] Plutarchus in Gracchis: γάϊον δέ τινα βίλλιον εἰς ἀγγεῖον, &c. Sed de hoc quiſq. vt ſibi libitum fuerit opinabitur: mihi maior videtur Ciceronis auctoritas, quăm vt ab ea tuto diſcedi poſsit; præſertim cum D. Hieronymus lib. primo aduerſus Iouinianum ſic ſcribat: Duilius, qui primus Romæ nauali certamine triumphauit, Biliam virginem duxit vxorem, tantæ pudicitiæ, vt illo quoq. ſæculo pro exemplo fuerit, quo impudicitia monſtrum erat, non vitium. Duilius ergo, ſiue potius Bilius, Biliam virginem, gentilem nēpe ſuam, vxorem duxit. BILIOS autem ſcripſi, vt infra MAXIMOS. MACISTRATOS, pro maximus magiſtratus, & CONSOL. PRIMOS, & reliqua, ex Victorino.

M. F. COS. Aui prænomen omiſi, quod in Capitolinis tabulis M. traditur; nam illo ſæculo nondum apponi ſolitum exiſtimo. & licet inferius omnibus litte-

ris

ris ſit ſcriptum CONSOL, hic tamen cum litteris alijs ſingularibus ſit coniunctum, notis perſcribendũ eſt.

ADVORSOM. Poſſet quidem ſcribi ASVORSOM. tradit enim Quinctilianus lib. duodecimo cap. decimo, veteres D, litteram mollire tentaſſe, aſuerſa pro aduerſis dicendo. Sed eo loco aſuorſa, non aſuerſa legendum eſſe, docet ipſe lib. primo cap. ſeptimo, cum ſic ſcribit; Quid dicam vortices, & vorſus, ceteraq. ad eumdem modum, quæ primum Scipio Africanus in E, litteram ſecundam vertiſſe dicitur? Sed cum id alibi non repererim, ADVORSOM malui ſcribere. Porro ex hiſtoria Zonaræ, quam ſupra retuli, notum eſt Duilium aduerſus Carthaginienſes in Sicilia rem geſsiſſe. Auctor etiam de viris illuſtribus: C. Duilius, inquit, primo Punico bello dux contra Carthaginienſes miſſus, &c.

EN SICELIAD. En, pro in, ſcripſiſſe antiquos hic lapis teſtimonio eſt, in quo legitur: ENQVE. EODEM. MACESTRATOD. & Kalendarium marmoreum, quod ex antiquis ruinis effoſſum, in Farneſiana bibliotheca Romæ aſſeruatur, in quo dies aliquot ita notantur, EN. quos interciſos interpretor ex Varrone, Macrobio, & hoc ipſo lapide, non endoterciſos, vt quibuſdam doctiſsimis alioqui viris placuiſſe video. SICELIAD autem ſcripſi, quòd Græci dicunt σικελία: quos Romani in illam tunc primum tranſgreſsi, in eo nomine proferendo imitabantur. Ex ea enim antiquitate Virgilius ſcripſit, Sicelides muſæ. & ex eadem in vetuſta inſcriptione, quæ nunc eſt in ſuperiori limine arcis Carthaginis nouæ, legitur:

L. AEMILIVS. M. F. M. N. QVIR. RECTVS. DOMO. ROM. QVI. ET. CARTHAGINIENSIS. ET. SICELITAN. ET. ASSOTAN. ET. LACEDAEMON. ET. ARGIVVS. ET. BASTETANVS. &c.

D, vero in fine eius addidi, quòd videam omnibus ablatiuis caſibus ſingularis numeri (niſi particula QVE ſequatur) eam litteram in hoc lapide ſemper in

parte

parte vltima adiectam, neq. alijs præterea aut verbis, aut caſibus, licet Quinctilianus plurimis verbis in fine additam ſcribat: & Chariſius lib. primo omnibus pæne vocibus vocali littera finitis, veteres D, litteram adiungere ſolitos dicat his verbis: Haud ſimiliter D, littera terminatur. ὀυδὲ enim Græca vox D, littera terminatur . . . . cœpit, quibus mos erat D, litteram . . . . pæne vocibus vocali littera finitis adiungere; vt Plautus:

Quo ted hoc noctis dicam proficiſci foras?

Id autem frequens eſt apud Plautum. In antiquiſſimo libro Feſti Pompei in Plorare, verba antiquæ legis ita leguntur: SI NVRVS SACRA DIVIS PARENTVM ESTOD.

REM. CERENS. Sic ſolet loqui Liuius, vt lib. vigeſimoſecundo: Omnium, inquit, prope annales Fabium Dictatorem aduerſus Annibalem rem geſsiſſe tradunt. atq. ex eo hunc locum ſic reſtituendum exiſtimaui. Poſſet etiam ſcribi, REM. CESET.

ECESTANOS. Egeſtanos ab Amilcare obſeſſos, in extremumq. iam diſcrimen adductos, à Duilio fuiſſe obſidione liberatos, his verbis tradit Polybius lib. primo. *τότε τὴν τε αἰγεςαίων ἔλυσαν πολιορκίαν, ἐσχάτως αὐτῶν ἤδη διακειμένων*. Et Zonaras tomo ſecundo, vt ſuperius ſcripſi. Ceterum hanc vrbem Aegeſtam vocant Polybius, Diodorus, Strabo, atq. alij: Cicero autem, Plinius, & Ptolemæus Segeſtám: Thucydides, Stephanus, Zonaras, Egeſtam. Sed hanc auctorum diſcordiam Feſtus Pompeius velut arbiter honorarius ita componit: Segeſta, inquit, quæ nunc appellatur, oppidum in Sicilia eſt, quod videtur Aeneas condidiſſe, præpoſito ibi Egeſto, qui eam Egeſtam nominauit. ſed præpoſita eſt ei s, littera, ne obſceno nomine appellaretur; vt factum eſt in Maleuento, quod Beneuentum dictum eſt; & in Epidamno, quod vſurpatur Dyrrhachium. hæc ille. Porro quod de Maleuento ſcribit, ſic ipſe Feſtus exponit alio loco: Beneuen-

neuentum colonia cum deduceretur appellari cœptum eſt, melioris ominis cauſa. namq. eam vrbem antea Græci incolentes *μαλεβέντον* appellarunt. De Epidamno vero Mela ita ſcribit lib.ſecundo cap.tertio: Vrbium prima eſt,inquit,Oricum, ſecunda Dyrrhachium; Epidamnos antea erat. Romani mutauere nomen,quia velut in damnũ ituris omen id viſum eſt. Quod & Plautus innuit in Menæhmis, cum ait:

Propterea huic vrbi nomen Epidamno inditum eſt, Act.ij.
Quia nemo ferme huc ſine damno diuortitur. ſcen.i.

Igitur Romani tamquam in egeſtatem ituri eſſent, omen abominati,nomen vrbi mutauere, vt potius à ſegete Segeſta eſſet (quo nomine etiam ſegetum Deam appellabant, teſte Plinio lib. decimooctauo cap. ſecundo) quàm ab egeſtate Egeſta. verum hoc aliquanto poſt Duilij victoriam factum:nam eo tempore Romani illam,vt & Græcorum aliqui,Egeſtam appellabant: Siculi vero ipſi,vt veriſimile eſt, Aegeſtam. Exiſtimat vero Seruius hanc eſſe quam Virgilius lib.quinto Aen. Aceſtam vocat.

Vrbem appellabunt promiſſo nomine Aceſtam.

COGNATOS. POPLI. ROMANI. Egeſtanos pro ea neceſſitudine quæ ſibi cum Romanis intercedebat, quòd originem videlicet ſuam ad Aeneam ambo populi referebant, Carthaginienſium occiſo præſidio, ſeſe vltro Romanis Conſulibus dedidiſſe,ſuperius ex Zonara ſcripſi. Eam vero cognationem ita commemorat Cicero lib.quarto in Verrem: Segeſta eſt oppidũ peruetus,iudices, quod ab Aenea fugiente à Troia, atq. in hæc loca veniente conditum eſſe demonſtrãt. itaq. Segeſtani non ſolum perpetua ſocietate atq. amicitia, verum etiam cognatione ſe cum populo Romano coniunctos eſſe arbitrantur. Et lib.quinto: Illa Segeſtanorũ non ſolum litteris tradita, & commemorata verbis, ſed multis officijs illorum vſurpata & comprobata cognatio. Itaq. licet poſſet etiam ſcribi SOCIOS, aut AMICOS. POPLI. R. tamen hoc præ-

prætuli: nam huiuſmodi neceſsitudinis nomina Romani libenter amicis populis tribuebant, vt Aeduis in Gallia, quos fratres & conſanguineos appellarũt. Cæſar lib. primo de bello Gallico: In primis quòd Aeduos fratres conſanguineosq. ſæpenumero à Senatu appellatos, in ſeruitute atq. in ditione videbat Germanorum teneri. POPLI autem ſcripſi, quòd inferius in hoc ipſo marmore ſit POPLOM. & in tabulis Capitolinis POPLICOLA. in Kalendario veteri POPLIFVGIVM: & apud Plautum in Amphitruone:

Act.1. ſcen.1. *Deduntq. ſe, diuina humanaq. omnia, vrbem & liberos*
In ditionem atq. in arbitratum cuncti Thebano poplo.

ARTISVMAD. OBSEDEONED. EXEMET. Obſidione eximere frequenter ſcribit Liuius, vt lib. vigeſimoſexto: Legati adfuerũt, orantes vt ſe obſidione eximerent. & lib. trigeſimooctauo: Adueniens Cos. obſidione Hyrienſes exemit. Artiſsima vero addidi Lucanum ſecutus, qui ait: *— & nimis arta Obſidione premit.* & Polybius ſcribit, eos ab obſidente Amilcare in extremũ iam diſcrimẽ adductos fuiſſe. Liuius item lib. vigeſimoſexto: Obſidebatur Capua acrius quàm oppugnabatur, nec mittere nuntios ad Annibalem per cuſtodias tam artas poterant. Eutropius lib. primo: Actumq. infeliciter foret, ni Quinctius Cincinnatus præcipuus ille Dictator, artam obſidionem oppreſſo hoſte ſoluiſſet. Vno autem s, ARTISVMA ſcripſi, quòd Quinctil. lib. primo cap. ſeptimo dicat: Semiuocales non geminare diu fuit vſitatiſsimi moris. Quod etiam Feſtus pluribus locis refert, & ab Ennio primum id mutatum ſcribit in Solitaurilia his verbis: Quòd ſi à ſollo & tauris earum hoſtiarum ductum eſt nomen, antiquæ conſuetudinis per vnum L, enunciari non eſt mirum, quia nulla tunc geminabatur littera in ſcribendo. quam conſuetudinem Ennius mutauiſſe fertur, vtpote Græcus Græco more vſus, quòd illi æque ſcribentes ac legentes duplicabant mutas ſemiuocales. Porro Ennius

nius centum fere annis poſt hanc victoriam mortuus eſt, nẽpe anno Vrbis ↀLXXXIV. Philippo & Cæpione Coſs. vt Cicero refert in lib. de Seneſt. Iſidorus quoq. lib. primo Etymol. cap. vigeſimoſexto: Veteres litteras non duplicabant, ſed ſupra ſicilicum apponebant; qua nota admonebatur lector geminandã eſſe litteram, vt SE'LA. SE'RA. A'SERES. Quod ex Victorino in lib. de Orthographia tranſcripſit, qui etiam eius ſcripturæ veſtigia in multis antiquis libris ſua ætate adhuc exſtare plane tradit: quod Græcorum imitatione fortaſſe fuit. In hac etiam inſcriptione eſt CLASEIS. SVMAS. OLOROM. pro, claſſeis ſummas illorum. Præterea in ſuperlatiuis omnibus ante C. Cæſarem, v, pro I, vſurpabant Romani, vt optumus, maxumus; quod ſupra ex Quinctiliano & Varrone retuli. OBSEDEONED vero ſcripſi, quòd verbum ſit ſedeo, & antiqui potius I, in E, mutabant, quàm contra.

LECIONEIS. CARTACINIENSEIS. OMNEIS. Cum ex Zonaræ hiſtoria conſtet, Amilcarem ſummum ducem omnibus Carthaginienſium copijs Egeſtam obſediſſe, eamq. vehementiſsime oppugnaſſe; neq. tamen cum Duilio Cos. qui Egeſtanis ſubſidio venerat, prælio decertare auſum; legiones has Carthaginienſium fuiſſe, & Amilcarem ipſum caſtris effugiſſe facile mihi perſuaſi. Quod autem ad orthographiam attinet, in hac inſcriptione C, duarum litterarum C, & G, munere fungitur, & nullũ inter eas diſcrimen eſt; quod à veteribus vſitatum tradit apud Feſtũ Verrius Flaccus, his verbis: Orcum quem dicimus, ait Verrius ab antiquis dictum Vrgum, quòd & V, litteræ ſonum pro O, efferebant, & per C, litteræ formam, nihilominus G, vſurpabant. Idem: Prodigia, inquit, quòd prædicunt futura, permutatione G, litteræ. nam quæ nunc G, appellatur, ab antiquis C, vocabatur. Et Victorinus lib. de Orthographia: C, autem & nomen habuit G, & vſum præſtitit: quod nunc Gaius per C. & Gne-

& Gneus per Cn. quamuis vltimæ ſyllabæ ſonus G, exprimat, ſcribuntur. Seruius etiam Georg. I. Amurca per C, ſcribitur, & per G, pronuntiatur, vt C. Gaius, Cn. Gneus. Diomedes etiam de ea ſic ſcribit: G, noua conſonans eſt, in cuius locum C, ſolebat apponi, vt & hodie cum Gaium Cæſarem notamus, ſcribimus C. Cæſarem: ideoq. poſt B, litteram tertio loco digeſta eſt, vt apud Græcos Γ, in eo loco poſita reperitur. Scaurus & Victorinus affirmant G, litteram longa annorum ſerie apud Latinos non fuiſſe, inuentam vero à Sp. Carbilio noua forma. Porro hic Sp. Carbilius primus Romæ diuortium fecit anno Vrbis ↀXXVI. ſi tamen is fuit. Idem Victorinus: Sed nec G, quidem, nec Q, Latinus ſermo introduxit. ex quibus Q, & fuiſſe apud Græcos, & quare † deſiderat fungi vice litteræ, cognoſcere poteritis ſi Pontificum libros legeritis. nunc enim apud Græcos * iuxta π. eſt poſita. G, autem apud Græcos obtinet notam numeri, III. pro quo apud antiquos C, poni ſolitum, vt pro agro Gabino, Cabino; pro lege, lece; acna, pro agna. auctio certe ab augendo dicta eſt. & numeri cum habeant C, vt ducenti, trecenti, ſexcenti, G, reliqui habent, vt quadringenti, nongenti. cum tertio quoq. ordine, vt apud Græcos quoq. poſitum eſt pro C, G, & ſuo loco K, poſt receptum G, ſuperuacuum cœpit eſſe.

f. deſierit

*in numeris ſc. Græcorum. al. xc.

MAXIMOSQVE. MACISTRATOS. Nominatiuus caſus eſt, ſed ita in OS, finitus, vt infra CONSOL. PRIMOS, pro Conſul primus, & multa alia nomina, quæ in OS, apud antiquos deſinebant, & nunc VS, ſyllaba terminantur: vt apud Terentium in Andria Dauos pro Dauus; & apud Plautum in Amphitruone:

Si opulentos it petitum pauperioris gratiam.

Victorinus lib. de Orthogr. Græci in datiuo tā H, litteræ, quàm Ω, adijciebāt I, iuxta: ita noſtri, vt appareret ex libris antiquis fœderū, & ex legum,* qui etiā ſi frequenti tranſcriptione aliquid mutarunt, tamen reti-

f. xij. Tabularum

retinent antiquitatem. nam o,nõ ſolum pro breui & longa,ſed etiam pro v,poni, vt pro populus ibi popolos;& vbi piaculum, ibi piacolom:ſic & pro huic hoic,& pro funus fonus, item alia multa. Eius rei in libris veterib.mmſs.atq.in marmoribus,æneisq.legũ tabulis ſunt propemodum infinita exempla. Significatur autem his verbis Amilcar ſummus dux, atq. magiſtratus Carthaginienſium,qui Duilio Conſuli cedens, & certamen detrectans, omiſſa Egeſtæ obſidione turpiter fugit: quæ non minor Duilio gloria fuit, quàm ſi illum prælio viciſſet; cum profectione hoſtium conceſſa victoria, expreſſaq. confeſsio fuerit, haudquaquam ſe pares eſſe. Nam apud Liuium lib. vno & vigeſimo ſuos milites contra Annibalem in aciem educens, ſic eos alloquitur Scipio: Quid enim adhortari referret eas legiones,cum quibus fugientem hunc ipſum hoſtem ſecutus, confeſsionem cedentis, ac detrectantis certamen pro victoria habui? Atq. ideo inter alias Duilij res geſtas ad gloriam magnificas, legionum omnium Carthaginienſium, tam præſtantisq. ducis e caſtris fuga haud immerito memoratur. Ceterum maximus magiſtratus apud Pœnos Sufes vocabatur. Feſtus: Sufes, inquit, Conſul lingua Pœnorũ. Et Liuius lib. octauo & vigeſimo:Ad colloquium Sufetes eorũ,qui Pœnis ſummus eſt magiſtratus,cum Quæſtore elicuit. Et lib.trigeſimo:Senatum itaq. Sufetes, quod velut Conſulare imperium apud eos eſt,vocauerunt.Neq. vero eſt quòd quiſquam exiſtimet MAXIMOS MACISTRATOS hoc loco accuſandi caſum eſſe,& Cn.Cornelium alterum Cos. ſignificari, qui paulo ante ab Annibale per dolum captus ad Liparam, à Duilio liberatus eſſe dicatur: legionesq. has,quas Carthaginienſium eſſe dixi,Romanorum fuiſſe, quòd legiones Romani nominis peculiares & propriæ fuerint. nam præterquam quòd alter Conſul Maximi magiſtratus pluraliter non diceretur,Annibal Cn.Cornelium Cos.

captum

captum ſtatim Carthaginem miſit,ibiq. eum in vinculis habuit, donec aut redemptum à ſuis, aut cum alijs captiuis permutatum,poſtliminioq.domum reuerſum,Populus Ro. vt eius calamitatẽ,aduerſamq. fortunam ſubleuaret, iterum Conſulem fecit anno P. R. C. CꟃXCIX. vt eſt in Capitolinis tabulis, & à Valerio Maximo traditur lib. ſexto cap. vndecimo his verbis: Iiſdem, inquit, iuribus [fortuna] vti voluit in Cn. Cornelio Scipione Aſina,qui Cos.a Pœnis apud Liparas captus,cum belli iure omnia perdidiſſet,lætiore ſubinde vultu eius adiutus, cuncta recuperauit, Conſulq. etiam iterum creatus eſt. Quis crederet illum à duodecim ſecuribus ad Carthaginienſium peruenturum catenas? quis rurſus exiſtimaret a Punicis vinculis ad ſumma imperij peruenturum faſtigia? Sed tamen ex Conſule captiuus, & ex captiuo Conſul factus eſt. hæc ille. vt quod apud Oroſium lib. quarto cap. ſeptimo, & apud Paulum Diaconum lib. ſecundo legitur:Cornelius Aſina alter Conſulum ab Annibale quaſi ad colloquium al.fraude euocatus,Punica † fide captus,atq.in vinculis necatus eſt; vitioſum eſſe videatur,& ſcribendum:Atq.in vinculis habitus eſt. Verum vtcumq. apud eos legatur,illud etiã ex Valerio conuinci poteſt,Cn.Cornelium non eodem anno captum, & à Duilio liberatũ. Legiones vero non tantum Romanorum, ſed aliarũ quoq. gentium, atq. adeo Carthaginienſium ipſorum,a Latinis ſcriptoribus dici, adductis aliquot teſtimonijs planum faciam. Liuius lib. vigeſimoſexto: Annibal,vbi tantam nauium copiam eſſe,vt vna nocte traijci poſſet exercitus, allatum eſt, cibarijs decem dierum præparatis, deductas nocte ad fluuium legiones, ante lucem traijcit. Et lib. vigeſimoſeptimo de Carthaginienſium exercitu ab Aſdrubale in Italiam tranſmiſſo vt cum Annibale coniungeretur, ſic ſcribit: Senatus,quòd M.Liuius,C.Claudius Cos. incolumi exercitu, ducem hoſtium legionesq. occidiſſent,

diſſent,ſupplicationem in triduum decreuit. Et lib. vigeſimooctauo:Poſtero die cecidit Gallorum legiones. Et lib. decimo:L.Papirius Cos.vouerat Ioui victori, ſi legiones hoſtium fudiſſet, pocillum mulſi, priuſquam temetum biberet,ſeſe facturum.Et lib. vigeſimoſecundo de C.Flaminio Conſule: Donec Inſuber equum (Ducario nomen erat)faciemq. noſcitans,Conſul,inquit,hic eſt, popularibus ſuis, qui legiones noſtras cecidit, agroſq. & vrbem populatus eſt.Salluſtius in Catilin.de Cyrenenſibus & Carthaginienſibus: Poſtquam vtrinq. legiones,item claſſes ſæpe fuſæ. Plautus etiam in Amphitruone de Thebanis & Telebois: — *Amphitruo e caſtris illico*

Producit omnem exercitum: contra Teleboa ex oppido

Legioneis educunt ſuas nimis pulchris armis praditas.

& iterum ibidem: — *meus pater*

Memorat, legioneis hoſtium vt fugauerit. &

— *victis hoſtibus legiones reueniunt domum.*

LVCAES. BOVEBOS. RELICTEIS. NOVEM. In marmore poſt vocem MACISTRATOS. eſt L,tantumq. ſpatij reſtat inferiore parte vacuum, vt nulla alia vocalis niſi V,. poſt L, ſcripta fuiſſe videatur. Cum vero ex omni hiſtoria conſtet, Carthaginienſes in prælijs plurimum elephantis vſos fuiſſe, eoſq. præcipuum belli robur ſemper habuiſſe, exiſtimaui non improbabili coniectura hoc loco de elephantis agi, quos tunc Romani boues Lucas appellabant,vt auctor eſt Varro lib. ſexto de lingua Latina, qui interpretans eum Ennij verſum,

Atq. prius pariet locuſta Lucam bouem;

ſic ait: Luca bos, elephas, cur ita ſit dicta, duobus modeis inueni ſcriptum.Nam & in C. Aelij commentario erat,a Libyceis Lucas.& in Verginij commentario,ab Lucaneis Lucas;ab eo quòd noſtri cum maximam quadrupedem,quam ipſi haberent,vocarent bouem: & in Lucaneis Pyrrhi bello primum vidiſſent apud hoſteis elephantos, ideſt, quadrupedes

cornutas (nam quos dentes multi dicunt, ſunt cornua) Lucam bouem appellaſſe. Et Plinius lib. octauo cap. ſexto: Elephantos Italia primum vidit Pyrrhi regis bello, & boues Lucas appellauit in Lucanis viſos, anno Vrbis CↃLXXII. Ergo adeo raptim Amilcar Sufes cum Carthaginienſibus legionibus ex caſtris aufugit, vt nouem elephantos (fortaſſe quia tardius ſequerentur) relinquere coactus fuerit. Solet enim id fieri in maxima trepidatione. Liuius lib. octauo & trigeſimo: Tantumq. tumultus Macedonibus Philippoq. eſt iniectum, vt fugæ magis effuſæ, quàm itineris ordinati modo, multis armis virisq. relictis flumen traiecerint. Lactantius Firm. lib. de Opificio Dei, cap. tertio: Poteſt ne igitur aliquis cum videat etiam boues & vaccas aut equos cum immaniſsimis corporibus ac viribus ſeruire homini, queri de opifice rerum Deo? Vbi legendum, Etiam boues Lucas cum immaniſsimis corporibus, ex vetuſtiſsimo libro. Verum ad id ſuſpicandum tantummodo coniectura ducor, nullum autem auctorem habeo. Porro BOVEBOS ſcripſi, vt NAVEBOS, quòd antiquus nominatiuus eſſet bouis. in eo enim nomine declinando multum variatum fuiſſe auctor eſt Varro lib. ſeptimo de ling. Lat. Primum enim, inquit, bouis dicebatur, poſtea bos. Genitiuus pluralis bouerum fuit, & boum. Igitur bouis datiuum faciet bouibus, & antique bouebus, vt ouis ouibus, nauis nauibus, præſertim cum in ipſo marmore legatur NAVEBOS.

EXFOCIONT. Sic etiam nunc legitur apud Plautum in Aulularia:

Exfodio aulam auri plenam.

Sic apud Feſtum, Exfundo. non enim ſemiuocales geminabant antiqui. Præterea o, pro v, frequenter ſcribebant, vt auctor eſt Quinctilianus, qui lib. primo cap. ſexto: Quid, inquit, o, atq. v, permutata inuicem, vt Hecoba, & notrix, Culchides, & Pulyxena ſcriberent? ac, ne in Græcis id tantum notetur,

dede-

dederont, ac probaueront. Sic apud Feſtum in mſc. libro eſt, Prædotiont, vbi in vulgatis eſt, præoptant. C, autem litteram pro G, vſurpabant, vt ſupra retuli. hinc EXFOCIONT, pro effugiunt, ſeu potius effugerunt, ſcriptum eſt.

MACELAM. MOENITAM. VRBEM. PVCNANDOD. CEPET. Hoc ita ſcribit Polybius lib. I. *κατὰ τὴν ἐκ τῆς αἰγέστης ἀναχώρησιν, μάκελλαν πόλιν κατὰ κράτος εἷλον.* hoc eſt, Romani poſteaquam Egeſtam obſidione liberarunt, Macellam vrbem vi ceperunt. Salluſtius, vt eſt antiquitatis ſectator maximus, pugnando cepit, vt in hac inſcriptione eſt, ſæpe dicere ſolet, potius quàm vi cepit; vt in Iugurth. Multos mortales & vrbes aliquot pugnando cepit. & in Catilin. Memorare poſſem quibus locis maximas hoſtium copias Po. Ro. parua manu fuderit, quas vrbes natura munitas pugnando ceperit. Plautus vtrumq. coniunxit in Milite glorioſo, cum ſcripſit:

Vi, pugnandoq. hominem capere certa res eſt.

& ſine coniunctione, vt in Aſinaria:

Ea nunc legiones copiaq. exercitus eorum
Vi pugnando periurijs noſtris euge potiti.

vt etiam Vatinius in epiſt. ad Ciceronem lib. quinto: Sex, inquit, oppida vi oppugnando cepit. MOENITAM vero VRBEM addidi, Salluſtium ſecutus, quòd in marmore tantum vacaret ſpatij, vt hæ duæ dictiones non anguſte collocari poſſent, & id ad Duilij gloriam pertineret. Poſſet etiam ſcribi VALIDAM, vt Salluſtius lib. primo hiſtoriar. Et Digonem validam vrbem, multos dies reſtantem pugnando vicit. Ceterum MOENITAM pro munitam ſcripſi, antiquũ auctorem Plautum ſecutus, in Bacchidib.

Quom Priami patriam Pergamũ diuina mœnitã manu.

& in Pſeudolo:

Hoc ego oppidum admœnire, vt hodie capiatur volo.

Antiqui enim OE, pro V, ſæpe ſcribebant. Seruius ad eum Virgilij verſum lib. decimo Aen. *Aggeribus*

 mœ-

mœrorum: Mœrorum, inquit, pro murorum. nam veteres pleraq. eorum quæ nos per v, dicimus, per oe, ſcribebant. Inde eſt in hoc marmore CLASEIS. POENICAS, pro Punicas: inde pœnire, pro punire dicebant, quod verbum a pœna venit: inde in ponte Fabricio Romæ ſcriptum eſt, COERAVIT, pro curauit. In vetuſto Plebiſcito, quod adducitur a Feſto in Publica pondera, OETIER, pro vtier. Verum haud ſcio an veteres Græcorum more oi, potius vſurparent. ſcribit enim Martianus lib. tertio, cum de i, littera agit, ad hunc modum: O, autem litteræ copulatur in nomine Iouis & Oinone. Oiſus etiam dicitur. ſic enim veteres vſum dixere. Plautus etiam proilio dixit, pro prœlio: & Romæ in æneis antiquarum legum & Senatusconſultorum tabulis eſt, BELLO POINICO, & MOINICIPIVM, & COIPERIT, & COIRAVIT, & OITILE. Ceterum hanc vrbem Macellam appellãt Polybius & Stephanus, quamuis apud eum corrupte legatur, *μάκελλα πόλις ἰταλίας*, pro *σικελίας*. Liuius autem lib. vigeſimoſexto Magellam, & Plinius lib. tertio cap. octauo populos Magellinos in Sicilia locat. quæ diuerſitas ex hac antiqua ſcribendi ratione, qua c, etiam G, litteræ munere fungebatur, nata videtur. CEPET autem eſt cepit. nam E, pro I, poſuiſſe antiquos Quinctilianus tradit, & Varro lib. quinto de ling. Lat. Cum enim expoſuiſſet quid eſſet Inlicium, ſubdidit: Hoc ipſum Enlegium inueni ſcriptum in M. Iunij commentarijs: quod tamen idem eſt quod illicit, & ellegit; quia I, cum E, & C, cum G, magnam habent communitatem. Id vero in hoc lapide in verborum præteritis perpetuo obſeruatum inuenio, CEPET, EXEMET, ORNAVET. & ad eum modum reliqua quæ addidi, formaui. Contra vero in legibus XII. Tab. eſt VINDICIT, pro vindicet: in legb. Romuli VERBERIT, pro verberet, apud Feſtum.

MACESTRATOD. In marmore tantum eſt MAC. & licet ſuperius in eodem legatur, MACISTRATOS, exiſtimaui

mavi erratum fabrile id fuiſſe, & E, quartam litteram ſcripſi auctoritate adductus Quinctiliani, qui lib. primo cap. ſexto ſcribit: Quid? non E, quoq. loco I, fuit, vt Menerua, & leber, & mageſter?

PROSPERE. REM. NAVEBOS. MARID. CONSOL. PRIMOS. CESET. Hanc integram lineam totidem fere verbis tranſtulit in ſecundum annalem ſuum Cornelius Tacitus. ſic enim ſcripſit: Et Iano templum, quod apud forum olitorium C. Duilius ſtruxerat, QVI PRIMVS REM ROMANAM PROSPERE MARI GESSIT, triumphumq. naualem de Pœnis meruit. Vt non omnino infeliciter verbum PROSPERE a me additũ fuiſſe videatur, præcipue cum Florus, dum hanc ipſam hiſtoriam narrat, in epitome Liuiana lib. XVII. dixerit: C. Duilius Cos. aduerſus claſſem Pœnorum proſpere pugnauit. CESET autem ſcripſi, vt CEPET, EXEMET. & vno S, vt CLASEIS. antiqui enim ſemiuocales non geminabant.

RESMECOSQVE. Vt paulo poſt in hoc marmore eſt TRIRESMOS, pro triremes; ſic reſmegos pro remiges feci: Polybium vero ſecutus id addidi, qui lib. primo de hac Duilij claſſe ita ſcribit: Dum naues parabantur, interea multitudo omnis ad remigium exercebatur per hũc modum. Subſellijs in arena per ordinem diſpoſitis remiges inſidentes, ad vocem præcipientis qui in medio eorum erat, omnes vna protendere brachia, ac reducere, remosq. per arenam mouere pariter docebantur: ad illius vocem ſimul omnes incipiebant, ſimul omnes deſinebant. per hũc modum nauigandi artem edocti, & perfectis interea nauibus mare ingreſsi, poſt paucos dies circa Italiam nauigãtes ſecundum ducis iuſſum, verum in vndis periculum fecerunt. Poſſet etiam ſcribi, SOCIOSQVE. vt VOX NAVALES, tam ad ſocios quàm ad claſſes referatur. Liuius lib. vigeſimoſexto: Edixerunt Coss. vt priuati, ſicut antea, remiges darent. Vnde enim, cum pecunia in ærario non eſſet, paraturos nauales ſocios?

[library stamp]

ORNAVET. PARAVETQVE.DIEBVS.LX. Cum in marmore eſſet, ORNAVET. PA. parauetq. feci. Apud Salluſtium enim lib. tertio hiſtoriar. Pompeius ſic ad Senatum ſcribit: Equidem fateor me ad hoc bellum maiore ſtudio quàm conſilio profectum, quippe qui nomine modo imperij a vobis accepto, diebus XL. exercitum paraui. Ornare autem & parare, cum de claſſe aut exercitu loquuntur, ſæpe coniungere ſolent optimi Latinitatis auctores. Cicero pro Cæcina: Armatos vero appellamus qui ſcutis teliſq. parati ornatiq. ſunt. Et Cæſar lib. tertio de bell. Gall. Claſſis vbi conuenit, ac primum ab hoſtibus viſa eſt, circiter CCXX. naues eorum paratiſsimæ, atq. omni genere armorum ornatiſsimæ, progreſſæ portu noſtris aduerſæ conſtiterunt. vt ornare & inſtruere. Idem Cicero pro lege Manilia: Dico eius aduentu maximas Mithridatis copias, omnibus rebus ornatas & inſtructas eſſe deletas. & Verrin. vij. Quapropter ſi mihi reſpondere voles, hæc dicito, claſſem inſtructam atq. ornatam fuiſſe. Præterea ornare claſſem Cicero frequenter dicere ſolet, vt pro lege Manilia: Qui poſtquam maximas ædificaſſet ornaſſetq. claſſes, exercituſq. permagnos quibuſcumq. ex gentibus potuiſſet, comparaſſet. Et Liuius lib. vigeſimoſexto: Itaq. vt claſſem habeat, quam ornare volumus, Populus Romanus, priuatos ſine recuſatione remiges dare nobis ipſi imperemus. Et parare claſſem idem Liuius lib. vigeſimotertio non ſemel dixit: Ad naues XXV. quibus Q. Fuluius Flaccus præfectus erat, viginti paratas alias decernunt. Et eod. libro: Quantaq. noua claſsis mox paranda eſſet. Cæſar lib. quarto de bell. Gall. Dum in his locis Cæſar nauium parandarum cauſa moratur. & Cicero pro lege Manilia: Ab eodem Imperatore claſſem magnam & paratam, quæ ducibus Sertorianis ſtudio inflammato ad Italiam rapiebatur. Ex quibus locis quid ſit ornare & parare claſſem manifeſte cognoſcitur. Ornauit

nauit ergo, parauitq. claſſem Duilius, hoc eſt, ædificauit & inſtruxit. aut, ædificauit claſſem, parauit remiges. DIEBVS vero LX. addidi, quòd nihil in hac inſcriptione prætermiſſum exiſtimem, quod ad Duilij virtutem & gloriam amplificandam pertinere quoquomodo poſſet. Ex eo autem eius induſtria celeritasq. maxime ab hiſtoricis commendatur, quòd diebus ſexaginta, a qua die materia cæſa fuit, claſſem cxx. ſiue vt alij tradunt, cxxx. nauium ædificauerit, ornauerit, inſtruxeritq. rebus omnibus neceſſarijs; intraq. id ſpatium remiges parauerit atq. exercuerit. Florus lib. ſecundo cap. ſecundo: Duilio Cornelioq. Coss. etiam mari Romanus congredi auſus eſt. Tum quidem velocitas ipſa claſsis comparatæ, victoriæ auſpicium fuit. Intra enim ſexageſimum diem quàm cæſa ſilua fuerat, cxx. nauium claſsis in anchoris ſtetit, vt non arte factæ, ſed quodam munere Deorum conuerſæ in naues atq. mutatæ arbores viderentur. Prælij vero fama mirabilis, cum illas celeres volucresq. hoſtium naues, hæ graues tardæq. comprehenderent. Et Oroſius lib. quarto: Quinto anno Punici belli, quod contra Afros gerebatur Cn. Cornelio Aſina, C. Duilio Coss. cum Annibal ſenior oram Italiæ maritimam, inſtructa ſeptuaginta nauiũ claſſe vaſtaret; Romani & ipſi claſſem fabricari atq. inſtrui præceperunt. quod Duilius Cos. celeriter impleuit. nam intra LX. dies quàm arbores cæſæ eſſent, cxxx. nauium claſſe deducta in anchoris ſtetit. Plinius item lib. ſextodecimo cap. trigeſimonono: Mirum, inquit, apud antiquos primo Punico bello claſſem Duilij imperatoris, ab arbore excisa ſexageſimo die nauigaſſe. Sequitur autem ſtatim in marmore, quod meam coniecturam probabiliorem facit. CVMQVE. EIS. NAVEBVS. &c. quaſi diceret: Cum intra ſexaginta dies claſſem nauium paraſſet atq. ornaſſet, tamen cum ijs nauibus tam grauibus ac tardis, tam celeriter inſtructis, tam rudibus imperitisq.

ritisq. gubernatoribus, tam parum exercitatis remigibus, tam inſuetis naualibus prælijs militibus; aggreſſus claſſes Punicas omnes, celeritate præſtantes, artificio gubernatorum longe ſuperiores, milite ac remige rei naualis vſu & gloria tumido alacriores, ſummis Carthaginienſium copijs inſtructas, in alto mari ſuperauit atq. depreſsit. Excogitauit quidem Duilius primus manus ferreas, machinasq. nauales alias, quæ magnum momentum ad victoriam attulerunt: verum id in hac inſcriptione prætermiſſum arbitror, ne tam illuſtris victoria machinis potius bellicis, quàm inſigni ducis militumq. virtute parta videretur. DIEBꝰS vero ſcripſi, quia inferius in eodem lapide eſt, NAVEBꝰS. quomodo etiam in perantiquo Philippicarum Ciceronis libro, quem ex ſacrario baſilicæ Vaticanæ D. Petri depromptum oſtẽdit mihi doctiſsimus Fuluius Vrſinus, ſæpe reperi ſcriptum. Sic enim antiqui medium inter o, & v, ſonum notaſſe videntur, quod poſtea per diſiunctas litteras expreſſerunt. nam IOVS, pro IꝰS, hoc eſt IVS. & IOVDICES, & IOVSERVNT, & COVRATOR, & IOVRARE, & INDOVCERE, & OVFENTINA tribus, flumenq. OVFENS, in antiquis æneis tabulis videre eſt. in nummis vero FOVLVIOVS, pro Fuluius, FOVRIVS, pro Furius ſæpe. & in antiqua legum tabula SOVEIS, pro ſuis; Græcorum, vt videtur, imitatione, qui v, ſic ſcribunt, ȣ, vt *ius*, & *iovs*. Victorinus lib. de Orthographia: Υ, eodem ordine ſcriptum habemus quo Græci, reſciſſa tantum virgula * iuxta, ſicut apud illos iunctum o, litteræ v, facit ſyllabam. noſtri etiam quotiens eiuſdem ſoni longa ſyllaba ſcribenda eſſet, & ipſi adiungebant o, litteræ. inde ſcriptum legitis, LOVCETIOS, NOVNTIOS, LOVMEN, &c.

* iuxta, f. abundat.

CLASEIS. POENICAS. Neſcio an cum primum hæc columna Duilio poſita fuit, POISNICAS, ſeu POESNICAS hoc loco legeretur. ita enim ſcribit Feſtus: Pœſnis, Pœnis; vt caſmenas dicebant pro camenis, & ceſ-

ceſnas pro cenis. Nam ex hac veteri conſuetudine eſt in hac eadem inſcriptione TRIRESMOS, pro triremes: vbi de hoc plura dicam.

OMNIS. PARATASQVE. Omnis ſcripſi, I, vltima, vt conueniret cum eo quod infra legitur, SVMAS. COPIAS. CARTACINIENSIS. In hac enim inſcriptione magna inconſtantia ijdem caſus his litteris terminãtur, ES. EIS. IS. vt CLASES, CLASEIS, CARTACINIENSIS. Cum vero poſt vocem OMNIS, multum ſpatij vacaret in marmore, addidi PARATASQVE. quod non parum ad victoris gloriam adijcere videtur: Non enim paucis nauibus, imparatisve, aut defenſoribus vacuis, & duce priuatis Duilius occurriſſe dicitur, ſed omnibus Carthaginienſium claſsibus, paratis inſtructisq. ſummis copijs, præſente atq. adhortante etiam maximo eorum Dictatore ac duce.

PRAESENTED. Antiqui illi, inquit Feſtus, AE, ſyllabam Græca conſuetudine per AI, ſcribebant. Inde in tabulis æneis antiquarum legum eſt QVAI, pro quæ, & CAISAR pro Cæſar, & PAITVS, & VNDAI. & Lucretius lib. tertio.

Sponte ſua volitent aiterno percita motu.

vt dubiũ mihi ſit, fuerit ne olim hic ſcriptum PRAISENTED. & inferius PRAIDAD. cum in antiquiſsimis monumentis & libris ſit AIMILIVS, CAISAR, PAITVS, MAINIVS, AILIVS. Martianus lib. tertio: Lucilius in datiuo caſu A, & E, coniungit. Lucinius A, & I. & Lucretius crebro, & Maro noſter aulai, pictai. Et Quinctilianus lib. primo cap. ſeptimo: AE, ſyllabam, cuius ſecundam nunc E, litteram ponimus, varie per A, & I, efferebant. Quidam ſemper vt Græci, quidam ſingulariter tantum, cum in datiuum, vel genitiuũ caſum incidiſſent: vnde pictai veſtis, & aquai, Virgilius amãtiſsimus vetuſtatis, carminib. inſeruit.

MAXVMOD. DICTATORED. Annibal, qui claſsi Carthaginienſium præfuit, vt Polybius & Zonaras, alijq. tradunt, non ille Amilcaris filius erat, qui ſecũdo Punico

bello

bello Italiam multos annos vexauit,& magnas ſæpe clades Romanis intulit; ſed alius, quem Giſconis filium Polybius,maiorem Valerius,ſuperiorem Oroſius vocant;quemq. paulo poſt ob res male & infeliciter geſtas, ſui ipſi milites cruci affixerunt. quare eum indignum exiſtimo iudicatum, qui in hoc tam glorioſo elogio nominaretur; præſertim cum ſuperius Amilcarem ſummum ducem, qui relicta Egeſtæ obſidione turpiter fugit,non nominauerit,tantumq. Maximom Magiſtratom dixerit. Ad eum igitur modum MAXVMOD. DICTATORED hic ſcripſi,quòd magnos dictatores Liuius lib.vigeſimotertio dicat:Magni dictatores cum magiſtris equitum, bini Conſ. cum binis conſularibus exercitibus ingrediebantur fines noſtros, &c. Si quis tamen Annibalem volet pro Maxumo ſubſtituere, per me licebit, dum ſine aſpiratione, qua Græci Polybij codices, & T.Liuij emendatiores in eo nomine carent, & qua veteres etiam in vocalibus parciſsime vſos tradit Quinctilianus; & vno præterea N, quia antiqui ſemiuocales non geminabant, & D, vltima littera, faciat; vt ſit ANIBALED. Dictatoris autem vocabulum pro Carthaginienſium magiſtratu Liuius vſurpat lib. vigeſimotertio,cum ſcribit: Senatusconſultum fit, vt Annibali XL. Numidarum millia in ſupplementum mitterentur; Dictatorq. cum Magone in Hiſpaniā præmiſſus eſt ad conducenda XX. millia peditum. Et Cato apud Gellium lib. decimo, cap. vigeſimoquarto: Igitur Dictatorem,inquit,Carthaginienſium magiſter equitum monuit: Mitte mecum Romam equitatum,die quincti in Capitolio tibi cena cocta erit. Loquitur autem de Annibale poſt Cannenſem illam victoriam quid ſibi agendum eſſet deliberante. MAXVMOD vero ſcripſi, licet in eodem lapide ſupra ſit MAXIMOS, propterea quod, vt ex Varrone & Quinctiliano iam retuli, in C. Cæſaris inſcriptione primum Maximum I,media littera,pro Maxumo ſcribi

cœptum

cœptum ſit. Cum enim hæc baſis reſtituta fuit, ad eam ſcribendi conſuetudinem quæ tunc vigebat, neſcio cuius negligentia aut culpa, quædam commutata fuiſſe videntur. Illud vero non omiſerim, in fragmentis antiquarum legum, quæ plurima æneis tabulis inciſa vidi apud Fuluium Vrſinum, fere ſemper eſſe ſcriptum, MAXSVMOS, PROXSVMOS, DIXSERINT: Iſidorumq. lib. I. Etym. cap. tertio tradere, x, litteræ vſum diu Latinis ignotum fuiſſe, eiusq. loco CS, ſcribere ſolitos, ſic vt macſumos, procſumos dicerent.

OLOROM. Cum in marmore tantum eſſet OLIIIIOM, recte ab alijs OLOROM eſt reſtitutum. ita enim antiqui ſcribebant, pro illorum. Feſtus: Ab oloes, inquit, dicebant, pro ab illis. antiqui enim litteram non geminabant. Et alio loco: Aulas vocabant antiqui, quas nos ollas dicimus, quia nullam litteram geminabant. Sed maxime omnium Varro lib. ſexto de ling. Lat. Olli, inquit, valet dictum illi, ab olla, & ollus, quod alterum comitijs cum † renuntiatur, a præcone dicitur, Olla centuria, non illa: alterum apparet in funeribus indictiueis, quom dicitur: OLLVS LETO DATVS EST. hæc ille. Verum apud antiquos, quando ſemiuocales non geminabantur, olus & ola dicebatur. Idem Varro eod. lib. Templum, inquit, locus augurij aut auſpicij cauſa, quibuſdam concepteis verbeis finitus. † concipiuntur verba non eadem vſquequaque. In arce ita: TEMPLA TESCAQ. * ME ITA SONTOD, QVOAD EGO EA ESE VELIM QVAE NONCOPASO, OLA, TERA, ARBOS, QVISQVIS EST, QVAM ME SENTIO DIXSISE, TEMPLOM TESCOMQ. ESTOD EN SINISTIMOM. Sic enim eum Varronis locum, qui corruptiſsime in libris omnibus legitur, emendandum exiſtimo, cum ſint verba concepta ex formula, quam in antiquiſsimis augurum libris Varro legerat; de quibus idem alibi ſic ſcribit: Terra dicta ab eo, vt Aelius ſcribit, quòd teratur. Itaq. tera in augurum libreis ſcripta cum R, vno. Quod autem ait:

al. recitetur.

al. concipitur verbeis non ijſdem

* Feſtus: Me ꝑ mihi dicebāt antiqui.

Lib. quarto de ling. Lat.

ait: IN. ALTOD. MARID. ad eum modum loquitur Plinius lib. ſecundo cap. centeſimotertio: Niues in alto mari non cadere.

PVGNANDOD. VICET. Sic quidem Salluſtius ſcripſit lib. primo hiſtoriar. Et Digonem validam vrbem, multos dies reſtantẽ pugnando vicit. Mallem tamen, ſi marmoris ſpatium eas omnes litteras capere poſſet, PVGNANDOD. SVPERAVET ſcribere.

XXXQVE. NAVEIS. CEPET. CVM. SOCIEIS. Eodem loquendi modo vſus eſt Liuius lib. quadrageſimo: Ibiq. eo die naues longæ cum omnibus ſocijs captæ XLII. Et lib. vigeſimotertio. Per idem tempus T. Otacilius Prætor, quinquaginta nauium claſſe a Lilybæo in Africam tranſuectus, claſsi hoſtium Africam repetenti occurrit, leuiq. armatura certamine in alto commiſſo, ſeptem inde naues cum ſocijs naualibus cepit. Socij autem, aut ſocij nauales a Liuio appellantur omnes qui in claſſe nauium ſunt. nam quod Polybius dixit: Ἀττάλῳ δὲ τάς τε ναῦς ἀποκαταστήσειν, καὶ τῶν ἀνδρῶν τῶν ἐν ταῖς ναυμαχίαις ἁλόντων ὅσοι πάρεισι. hoc eſt, Attalo naues reſtituere, & ex hominibus in prælijs naualibus captis quotquot comparuerint: Liuius ipſe ſic vertit lib. trigeſimoſecundo: Attalo naues, & cum ijs captos nauales ſocios reddere ſe dixit. Aliàs eos diſtinctius, milites ac remiges appellat, vt lib. trigeſimoſeptimo: Tandem ſubſtiterũt tredecim captis nauibus cum milite ac remige. Cæſar vero lib. tertio bell. ciuil. Ex his, inquit, quadriremem cum remigibus defenſoribusq. ſuis ceperunt. Et lib. primo: Partem nauium deprimunt, nonnullas cum hominibus capiunt. quod proxime accedit ad id quod Græci dicunt, ναῦς αὐτάνδρους. Triginta ergo naues cum ſocijs, hoc eſt cum ipſis hominibus, Duilius cepit. Ceterum quod attinet ad hiſtoriæ fidem, Polybius lib. primo ſcribit, Carthaginienſes hoc prælio quinquaginta naues amiſiſſe, triginta vero ex his captas cum naualibus ſocijs; & præterea

ſepti-

ſeptiremem ipſius ducis in Duilij poteſtatem veniſſe. Verba eius ſunt : *Διὸ καὶ τριάκοντα μὲν τὰς πρώτας συμβάλλουσας ναῦς αὐτάνδρους ἀπέβαλον, σὺν αἷς ἐγένετο αἰχμάλωτον καὶ τὸ τοῦ στρατηγοῦ πλοῖον.* Et poſt pauca : *Τέλος ἐγκλίναντες ἔφυγον οἱ καρχηδόνιοι πεντήκοντα ναῦς ἀποβαλόντες.* Oroſius vero lib. quarto cap. ſeptimo, & Eutropius lib. ſecundo: Annibal amiſſa naui qua vehebatur, ſcapha ſubductus aufugit, triginta & vna naues eius captæ, tredecim merſæ. Quamquam, ne quid diſsimulem, ab Eutropio XIII I. naues merſæ referuntur, ſi codex fidelis eſt. Exiſtimo tamen apud Oroſium & Eutropium XIII. ſiue XIV. pro XIX. facili ſcriptoris lapſu, corrupte legi.

SEPTEMRESMOMQVE. DVCIS. Ita fractus eſt lapis, vt fere diſcerni nequeat fuerit ne ſcriptum SEPTER, an SEPTEM. verum M, litteræ veſtigia potius exſtare mihi videntur, ideoq. ita ſcripſi. SEPTEMRESMOM autem, quòd accuſatiuus pluralis paulo poſt in hac inſcriptione ſit TRIRESMOS. Scribit vero Polybius, Annibalem ea ſeptireme vectum quæ quondam fuerat Pyrrhi regis; illa amiſſa, ſcapha exceptum aufugiſſe. Idemq. tradit Zonaras tom. ſecundo. Polybij verba, ſi quis requirat, hæc ſunt: *ἡγεῖτο δὲ ἀννίβας αὐτῶν ἔχων ἑπτήρη τὴν γενομένην πύῤῥου τοῦ βασιλέως.* hoc eſt, Præerat ijs Annibal, habens ſeptiremem, quæ Pyrrhi regis fuerat. Miror tamen Liuium numquam hac voce vſum fuiſſe, cum Latina vſitataq. eſſet, hepterem vocem Græcam pro ſeptireme ſæpius vſurpaſſe: ſed neq. Latinorum aliquem, ex his ſaltem qui exſtant, præter vnum Q. Curtium, qui lib. decimo: Septiremes, inquit, omnes eſſe, adduciq. Babyloniam iuſsit. Dubium autem non eſſe exiſtimo, quin de Annibalis prætoria ſeptireme hoc loco mentio fiat.

QVINRESMOSQVE. Quia non tantum vacare videbatur loci in marmore, vt QVINQVERESMOS caperet, QVINRESMOS ſcripſi, quod ipſum antiquitatem illam magis adhuc exprimere videtur. ait enim Feſtus: Quin-

cen-

centum & producta prima ſyllaba, & per c, litteram vſurpabant antiqui. Ergo vt Quincentum pro quinque centum dixerunt,ſic quantum ex hac inſcriptione coniecturam capere licet, Quinreſmos pro quinquereſmos vſurparunt. Contrahebant enim nomina, & feſtras pro feneſtras dicebant, vt Feſtus affirmat. Sed de hoc ſpatiū ipſum marmoris iudicabit.

TRIRESMOSQVE. Hoc etiam ex illa antiquitate eſt.nam ſic ſcribit Feſtus: Duſmoſom locom, apud Liuium (Andronicum) ſignificat dumoſum locum. antiqui enim interſerebant s,litteram,& dicebant coſmitere pro committere, & caſmenæ pro camenæ. Item alibi:Peſnas pro pennas antiqui dicebant,& Pœſnis, pro Pœnis. Verum quantum ex his exemplis colligi poteſt, ante M, aut N, litteras tantum interſerere s, conſueuerunt.

NAVEIS. XX. DEPRESET. Polybium ſequutus,qui omnes naues, quas hoc prælio Carthaginienſes amiſerunt, quinquaginta fuiſſe, atq. ex ipſis triginta cum ſocijs naualibus captas tradit,ſic ſcripſi. in marmore enim tantum eſt, NAVEIS X. Si quis tamen XIII. ex Oroſio, aut XIV. ex Eutropio ſcribere voluerit, ſuum habebit auctorem; quamuis ſoleant apud hos numeri magna ex parte corrupte legi:& vt ſuperius a me dictum eſt, fortaſſe apud eos XIX. legendum. Zonaras tantum ſcribit, multas naues captas, multas depreſſas fuiſſe. Poſſet etiam pro DEPRESET,ſcribi DEMERTET. eo enim antiqui vtebātur pro demerſit. Quinctilianus lib. primo cap. ſexto: Atq. s, littera a quibuſdam nominibus excluſa, in quibuſdam ipſa alteri ſucceſsit. nam mertare, & pultare dicebant.Item Feſtus:Mertat,inquit,pro merſat antiqui dicebant.

AVROM. CAPTOM. Auſum pro aurum dixiſſe antiquos, vt maioſibus,melioſibus,feſijs,laſibus,arboſem; pro maioribus,melioribus, ferijs, laribus, arborem, Feſtus tradit; vt dubitare quis poſsit, AVROM ne, an

AVSOM

AVSOM potius hic ſcribendum ſit. Verum recte conſideranti conſuetudo illa ita loquendi Duilio aliquanto antiquior apparebit. Ceterum hos nummos Siculos aut Carthaginienſes fuiſſe oportet. nam Romani eo tempore aureum nummum nondum percuſſerant. Plinius lib.trigeſimotertio cap.tertio: Argentum ſignatum eſt anno Vrbis CĐLXXXV. C. Fabio Cos. quinq. annis ante primum bellum Punicū. Et paulo poſt: Aureus nummus poſt annum LXII. ſignatus eſt quàm argenteus; hoc eſt, anno Vrbis ĐXLVII. Hæc autem Duilij victoria fuerat anno Vrbis CĐXCIII. Quantum autem ſinguli nummi valuerint, ſciri vix poſſe credo. mihi certe omnino eſt ignotum. Quod ad numeros attinet, hanc notam ↀ mille ſignificare nemo eſt qui neſciat. Illud ex hac inſcriptione addiſcitur, antiquis D, cum quingenta ſignificaret, non fuiſſe linea tranſuerſa inductam, vt in Capitolinis tabulis, alijsq. veteribus marmoribus & libris paſsim videmus, ſic Đ.

ARGENTOM. CAPTOM. PRAEDA. NVMEI. VOX PRAEDA. cur potius in argento capto, quàm in auro aut ære poſita fuerit, neſcire me fateor: vt etiam cuius gentis fuerint, aut quantum hi nummi argentei valuerint, quippe cum apud ipſos etiam Romanos varium nummi pretium reperiatur. Aliàs enim nummus argentei denarij quarta pars eſt, vt Varro, alijq. tradunt; aliàs nummus pro drachma ponitur, vt apud Terentium in Heautontimorumeno: aliàs pro didrachma, ideſt duabus drachmis, vt apud Plautum in Truculento. ſic enim ibi loquitur Geta ſeruus, cui herus vt mina obſonaret mandauerat:

Nam iam de hoc obſonio de mina deminui modo quinq.
Nummos, mihi detraxi partem Herculaneam.

Quinq. nummos vocat decimam partem ex mina, quam centum drachmas habuiſſe notius eſt quàm vt nunc indicari egeat. Porro Herculaneam partem decimam eſſe, vel ex ipſo Plauto in Bacchid. apparet:

Si fru-

Si frugi eſt, inquit, Herculem fecit ex patre,
Decumam partem ei dedit, ſibi nouem abſtulit.

Eſt ergo nummus drachmæ duæ: quod ex Pſeudolo Plauti adhuc probatur, apud quem ita de ſe magnifice loquitur cocus:

Illi drachmis iſſent miſeri, me nemo poteſt
Minoris quiſquam nummo vt ſurgam ſubigere.

Hac tabula Romani olim vtebantur, eaq. celeriter & expedite ratiões ſuas conficiebant. Ex ea cognoſcitur quo modo Romani decies centena millia notarent.

Illud vero ex Priſciano didicimus, hāc notam ccclↃↃↃ centum millia ſignificare. Sed adhuc certius ex abaco Romano, cuius ænea tabella antiquiſsima exſtat apud Fuluium Vrſinum cum his numerorū notis ipſi tabulæ ex argento impreſsis. |X̄|. ccclↃↃↃ. cclↃↃ. cc. c. x. i. Præterea in marmore alterius notæ fragmentum exſtat huiuſmodi c. quæ eſſet ne alterius ccclↃↃↃ, an alicuius minoris notæ, amiſſa hac in parte hiſtoria Liuij, qui exacta ratione has ſummas auri & argenti in triumphis explicare ſolet, certo ſciri non poteſt. quare totum id ſpatium incertis quibuſdam notarum veſtigijs replendum videtur.

CAPTOM. ABS. ccclↃↃↃ. Ante hæc verba aliquid ſcriptum fuiſſe videtur. poſteriora enim aliquanto ſunt, quàm ſuperiorum duarum linearum initia: id vero quale fuerit, comminiſci vix poteſt. Ceterum antiquioribus illis non fuiſſe notam quæ numerum vltra centum millia ſignificaret, ex hac inſcriptione facile colligitur, in qua licet fracta, vicies tamen ſemel eadem repetitur; vt ſi aliqua eſſet qua decies centena millia ſignarentur, tribus tantum notis ſumma hæc omnis ſcribi potuerit. Quare qui tradunt, hac nota cccclↃↃↃↃ decies centena millia notari, ſine idoneo auctore id dicere videntur; præcipue cum in abaco, cuius ſupra mentionem feci, is numerus ſic notetur, |X̄|. Plinius lib. trigeſimotertio cap. decimo: Non erat antiquis numerus vltra centum millia: itaq. & hodie multiplicantur hæc, vt decies centena millia, aut ſæpius dicantur. Præterea cum poſt aurū & argentum captum in marmore ſequatur, NVMEI, ita

ita poſt æs captum ASEIS, aut PONDO, ſcribi debere apparet. Et fortaſſe ante CAPTOM. AES. fuerat hæc vox CRAVE. vt omnino legeretur, CRAVE. CAPTOM. AES. Liuius lib. decimo de triumpho L. Papirij: Aeris grauis tranſuecta vicies† centena millia & quingenta trigintatria. & poſt pauca: Aeris grauis tulit in ærarium trecēta nonaginta millia. Pondo autem addidi, quòd tunc aſſes librales erant. Feſtus: Sextantarij aſſes in vſu eſſe cœperunt ex eo tempore, quo propter bellum Punicum ſecundum, quod cum Annibale geſtum eſt, decreuerunt patres, vt ex aſsibus, qui tunc erant librarij, fierent ſextantarij. Illud vero monere ſuperuacaneum fuerit, centena millia æris, quæ ſingulis his notis ſignificantur, valuiſſe eo tempore denariorum argenteorum dena millia, hoc eſt, ſcutatos aureos quibus nunc vtimur, plus minùs, mille. Quod deeſt ex prima linea, itemq. initium alterius, his notis repleri poterit: in fine vero ante vocem PONDOD, fragmenti veſtigia imprimentur, quoniam nullus coniecturæ locus relictus eſt.

† al. cētum

TRIOMPOQVE. Tantum ſpatij eſt in marmore, vt omnes hæ litteræ ſcribi commode poſsint. TRIOMPO vero ſine aſpiratione ſcripſi ex Cicerone, qui in Oratore: Quin ego ipſe, inquit, cum ſcirem ita maiores locutos eſſe, vt nuſquam niſi in vocali aſpiratione vterentur, loquebar ſic, vt pulcros, Cetegos, triumpos, Cartaginem dicerem. Atq. ita in hoc lapide Cartaginienſis eſt ſine aſpiratione. Primum vero Romanorum omnium triumphum naualem Duilium Cos. egiſſe, etiam tabulæ Capitolinæ oſtēdunt.

PRAEDAD. POPLOM. Quid poſt hæc verba in marmore fuerit ſcriptum, coniectura aſſequi non potui. Veniebat in mentem, ROMANOM. DITAVET. quòd ſcribat Zonaras Romanos ea victoria multis ſpolijs prædaq. auctos. aut ROMANOM. DONAVET. vt dicat eam omnem prædam fuiſſe in ærarium illatam, nihilq. inde militibus datum. Liuius lib. decimo: Aeris

grauis tranſuecta xx.M.xxcIII. Argẽti quod captum ex vrbibus erat, P.M. CCCXXX. omne æs argẽtumq. in ærarium conditum, militibus nihil datũ ex præda eſt. Quod autem ærario inferebatur, populo dari diceba tur. Sed commodius aliquid excogitandum eſt. Poſſet fortaſſe ſcribi, ROM. ADFECET. Plautus in Amphitr,

Præda atq. agro adoreaq. adfecit populares ſuos.

Aut fortaſſe ea præda viritim diuiſa fuit. Cato apud Feſtũ in Viritim: Præda quæ capta eſt, viritim diuiſa.

CAPTIVOS. CARTACINIENSEIS. INCENVOS. Ex obſcuris illis litterarum fragmentis atq. reliquijs hanc inueſtigaui lectionem. Oroſius enim & Eutropius ſeptem millia Carthaginienſium capta, tria millia occiſa nauali prælio tradunt; & nobiles aliquot ex captiuis ante currum triumphantis ducebantur. Liuius lib. trigeſimotertio cum de triumpho Cn. Cornelij agit: Multi, inquit, nobiles Galli ante currum ducti. & lib. quadrageſimo: Captiui multi principes Ligurum ante currum ducti. & lib. trigeſimoquarto: Ante currum multi nobiles captiui obſidesque. Ingenuos autem nobiles dixiſſe antiquos apparet. Ennius in Telamone:

Scibas natum ingenuum Aiacem, cui tu obſidionem paras.

& Feſtus: Patricios Cincius ait in libro de Comitijs, eos appellari ſolitos eſſe qui nunc ingenui vocentur. Porro numerus nobilium captiuorum, qui ante currum ducti fuerunt, a nullo quem viderim auctorum traditur: ideo a me ea pars vacua relicta eſt, aut quibuſdam notarum veſtigijs imprimetur. niſi quis volet numerum ſeptem millium addere his notis ꟾↃ ꟾ ↀ ↀ. & fortaſſe ſcriptum erat, DCCC. DVXET. aut alius huiuſmodi numerus, qui ab D, inciperet. aut DVXET. ANTE. CVROM, legendum abſq. numero captiuorum.

PRIMOSQVE. CONSOL. DE. SICELEIS. CLASEQVE. CARTACINIENSEOM. Hæc ex Capitolinis marmoribus deſumpſi, in quibus eſt; C. DVILIVS. M. F. M. N. COS.

PRI.

PRIMVS. NAVALEM. DE. SICVL. ET CLASSE. POENICA. EGIT. A. CↀXCIII. K. INTERKALAR. Quæ ex hac baſi tranſcripta fuiſſe non abſimile vero eſt. In hoc autem marmore elogia tria Duilio præcipue tribuuntur, Quòd primus claſſem ornauerit ac parauerit: quòd primus rem Romanam proſpere mari geſſerit: quòd primus triumphum naualem duxerit.

TRIOMPAVET. In media parte huius vltimæ lineæ poteſt hæc vox tantum ſcribi, nihilq. amplius deſiderabitur. Sed quoniam Plinius & Quinctilianus innuere videntur hanc columnam a Po. Ro. Duilio fuiſſe in Foro poſitam, ſi quis id quoq. in hac inſcriptione addi velit, ad hunc modum ſcribi poterit. TRIOMPAVET. EAROM. REROM. ERCO. S.P.Q.R. EI HANCE. COLVMNAM. P. Quod ſi minus ad antiquam formam reſpõdebit, quadrabit tamen ad eius columnæ ac baſis reſtitutionem quæ nunc fit in Capitolio iuſſu S.P.Q.Romani. Ceterum Silius Italicus in extremo lib. ſexto non a Po. Ro. eam columnam Duilio poſitam tradit, ſed ab ipſo Duilio Marti conſecratam atq. dicatam, his verſibus:

Aequoreum iuxta decus, & nauale trophæum
Roſtra gerens, niuea ſurgebat mole columna.
Exuuias Marti, donumq. Duillius alto
Ante omnes merſa Pœnorum claſſe dicabat.

Cui opinioni ſi quis accedet, fragmentum ita ſupplere poterit. TRIOMPAVET. EAROMQVE. REROM. ERCO. MARTI. DONOM. D. Nam ſimilis titulus eſt apud Liuium lib. quadrageſimo: ſed locus eſt corruptiſſimus, atq. etiam mancus in vulgatis codicibus, in quibus legitur: Supra valuas templi tabula cum titulo hoc: DVELLO MAGNO REGIBVS DIRIMENDO * CAPVT * SVBIGENDIS * PATRANDAE PACIS ** HAEC PVGNA EXEVNTI L. AEMILIO. M. AEMILII. F. * AVSPICIO, IMPERIO, FELICITATE, DVCTVQVE EIVS INTER EPHESVM † CAMVCHVMQVE INSPECTANTE † COS. IPSO ANTIOCHO, EXERCITV OM- f. Samſq. f. eos

f. delendum, antea ſic, ſ XIII.

NI, EQVITATV, ELEPHANTISQVE, CLASSIS REGIS ANTIOCHI † ANTEA SIC VICTA, FVSA, CONTVSA, FVGATAQVE EST. IBIQVE EO DIE NAVES LONGAE CVM OMNIBVS SOCIIS CAPTAE † XLII. EA PVGNA PVGNATA REX ANTIOCHVS, REGNVMQVE . . . . EIVS REI ERGO AEDEM LARIBVS PERMARINIS VOVIT.

Atilius Fortunatianus cũ agit de Saturnijs verſibus, huiuſmodi tabulæ meminit: Apud noſtros in tabulis antiquis, quas triumphaturi duces in Capitolio figebant, victoriæq. ſuæ titulum Saturnijs verſibus proſequebantur, talia reperi exempla: Ex Regili tabula: DVELLO. MAGNO. DIRIMENDO. REGIBVS. SVBIGENDIS. Et infra in Accili Glabrionis tabula: FVNDIT, FVGAT, PROSTERNIT MAXIMAS LEGIONES. Et infra de Saturnio verſu: Hic verſus obſcurus quibuſdam videtur, quia paſsim & ſine cura eo homines vtebantur, maxime tamen triumphaturi in Capitolio tabulas huiuſmodi verſibus incidebant: SVMMAS OPES QVI REGVM REGIAS REFREGIT.

Hæc mihi in mentem veniebant de hac inſcriptione cogitanti. Sed vt in omnibus ijs rebus quæ coniectura inueſtigãtur, anceps oratio reperiri ſolet, vereor ne ab eo quod quæritur, longius aberrauerim. quæ ſi ita fuerint, tu tamen conatus noſtros, amice lector, boni conſules, & valebis.

FINIS.

PETRI

PETRI CIACONII TOLETANI

DE PONDERIBVS LIBER.

PORQVE en Eſpaña en diferentes lugares hay diferentes peſas y medidas, enel reduzir à ellas las Griegas y Romanas antiguas eſcogi las de Caſtilla la vieja, porque ſon mas comunes. y entre las de Caſtilla tome las de Salamanca, con quien particularmente cõteje las antiguas. hay pues en Salamanca parà todas las coſas q̃ no ſon oro, o plata, ò medicinas de botica, eſtas peſas: quintal, arroua, libra, onça, adarame. y peſa vn quintal quatro arrouas, el arroua xxv. libras, la libra xvi. onças, la onça xvi. adarames. — *Peſas de Caſtilla comunes.*

Para el oro hay mas menudas peſas, q̃ ſon, marco, caſtellano, tomin, grano. y es vn marco media libra de las comunes, o ocho onças: y parteſe en L. caſtellanos, el caſtellano en VIII. tomines, el tomin en XII. granos. — *Peſas de Oro*

Para la plata hay marco, onça, ochaua, grano. y parteſe el marco en VIII. onças, como enel oro; la onça en VIII. ochauas, la ochaua en LXXV. granos, y el grano es del meſmo peſo que enel oro, y llamaſe en lo vno y en lo otro, grano de marco. — *De Plata*

Porq̃ en las peſas Romanas y Griegas hay algunas menores q̃ los adarames comunes de Caſtilla, para poderlas mas al juſto reduzir a ellas, añadiremos alas onças y adarames los granos de marco, y diuidiremos cada adarame en XXXVII. granos y medio de marco, que tantos peſa.

Para las medicinas hay otras peſas diferẽtes deſtas, q̃ ſõ — *De botica*

libra,onça,drama,ſcripulo,grano.y tiene la libra XII onças,menores q̃ las comunes, como dirè luego ; la onça IX. dramas,la drama III. ſcripulos,el ſcripulo XX. granos, de mas peſo q̃ los de marco . La onça deſta libra es menor q̃ la onça dela libra comun vn adarame juſto. y aſi la onça comun peſa XVI. adarames,y eſta no mas de XV. y la libra q̃ tiene,como diximos,XII.onças,peſa delas onças comunes XI.y IV. adarames.y XXXVI.granos deſtos peſan vn adarame, o tanto como XXXVII. y medio delos de marco.

Ahora veamos quãtas vezes contienen las peſas maiores alas menores .

Quintal IIII. arrouas. C̄. libras. M.IↃ.C. onças. XXV.M.IↃ.C. adarames.
Arroua XXV. libras. CIↃ. onças. VI.M.CIↃ. adarames.
Libra XVI. onças, CCLVI. adarames.
Onça XVI. adarames. IↃC. granos.
Adarame XXXVII. granos y medio .

El marco de oro L̄. caſtellanos. CCCC. tomines. IIII.M.IↃCCC. granos .
Caſtellano VIII. tomines. XCVI.granos.
Tomin XII. granos .

El marco de plata VIII. onças. LXIIII. ochauas. IIII.M.IↃCCC. granos.
Onça VIII. ochauas. IↃC. granos .
Ochaua LXXV. granos .

℔ La libra de botica XII.onças.CVIII. dramas.CCCXXIIII. ſcripulos. VI.M.CCCCLXXX. granos .
℥ Onça IX.dramas. XXVII. ſcripulos.IↃXL. granos.
ʒ Drama III. ſcripulos. LX. granos.
℈ Scripulo XX. granos . G̃.

Reduzidas eſtas peſas de botica alas comunes, ſe han deſta manera.

Libra XI. onças, y IIII. adarames ;
Onça XV. adarames ,
Drama, I. adarame, y XXV. granos.
Scripulo XXI. granos caſi.

Apud

Apud Romanos vulgaria pondera tantum fuere, libra & vncia. Librâ vero in duodecim partes diuiſa fuit, & ſingulæ quidem partes vnciæ, ab vno, appellatæ ſunt: duæ vero, Sextans, quòd libræ ſexta pars eſſet: tres, Quadrans, quòd quarta: quattuor, Triens, quòd tertia: quinq. partes, Quincunx, à quinque vncijs: ſex, Selibra. ſe enim valet dimidium. ſeptem, Septunx, à ſeptem vncijs: octo, Bes. nam olim dicebatur Des, quaſi dempto triente ex libra; aut Bes, quòd bis triens ſit. nouem, Dodrans, quaſi dempto quadrante: decem, Dextans, dempto ſextante: vndecim, Deunx, dempta vncia ex libra. Hæc Varro lib. quarto de ling. Latin. & Voluſius Mæcianus lib. de Aſſe. Pondera Romana vulgaria

At ſtatera auraria minutiora etiam pondera habuit. nam vncia in duas ſemuncias diuiſa fuit, & in quattuor ſicilicos, ſex ſextulas, ſcripula vigintiquattuor. Varro lib. quarto: Semuncia, quòd dimidia pars vnciæ. Feſtus: Sicilicus, quòd ſemunciam ſecet. Fannius. — *fiet* Auraria. Cic. lib. ſecundo de Orat. Quę non aurificis ſtateras, ſed quadam populari trutina examinantur.

Sextula quæ fertur, nam ſex his vncia conſtat.

Scripulum à Græcis tractum, qui illud γράμμα vocant. Fannius.

Gramma vocant, ſcriplum noſtri dixere priores. & mox:

Grammata dicta, quòd hæc viginti quattuor in ſe

Vncia habet: tot enim formis vox Græca notatur.

Medici vero his fere omnibus vtebantur, & præterea denario & victoriato. Eſt autem denarius ſeptima vnciæ Romanæ pars, victoriatus quartadecima. Cornelius Celſus lib. quinto, cap. decimoſeptimo: Sed & antea ſciri volo, in vncia pondus denariorum eſſe ſeptem. vnius deinde denarij pondus diuidi a me in ſex partes, ideſt ſex vncias, vt idem in vncia denarij habeam, quod Græci habent in eo quem ὀβολὸν appellant. id ad noſtra pondera relatum, paulo plus dimidio ſcripulo facit. Eſt itaq. denarius ſeptima pars vnciæ, libræ vero octogeſimaquarta. Plinius Medici.

lib. trigeſimotertio, cap. nono : Miſcuit denario triumuir Antonius ferrum. alij è pondere ſubtrahunt, cum ſit iuſtum octogintaquattuor è libris ſignari. Denarium vero in duos victoriatos diuidi Voluſius ait. Nunc dicamus quoties maiora pondera minora contineant.

P. Ƚ Libra vncias XII. ſemuncias XXIV. ſicilicos XLVIII. ſextulas LXXII. denarios LXXXIIII. victoriatos CLXVIII. ſcripula CCLXXXVIII. vncias denariorum DIV.

— Vncia, ſemuncias II. ſicilicos IIII. ſextulas VI. denarios VII. victoriatos XIV. ſcripula XXIIII. vncias denarij XLII.

Ɛ Semuncia, ſicilicos II. ſextulas III. denarios IIIS. victoriatos VII. ſcripula XII. vncias denarij XXI.

Sicilicus, ſeſquiſextulam. victoriatos IIIS. ſcripula VI. vncias denarij XS.

Sextula, ſcripula IIII.

Denarius, victoriatos II.

Victoriatus, vncias denarij III.

Dimidia ſextulæ, ſcripula II.

Scripulum.

Apud Græcos vero, Atticos præcipue, vulgaria pondera fuere τάλαντον, talentum; μνᾶ, mina; δραχμὴ, drachma; ὀβολὸς, obolus. τάλαντον ἀπὸ τοῦ ταλαντεύω, ideſt pondero, dictum, pendet μνᾶς minas ſexaginta. μνᾶ, mina drachmas centum. δραχμὴ, drachma obolos ſex. Diodorus apud Suidam: Τάλαντον, ὥς φησι Διόδωρος ἐν τῷ περὶ σταθμῶν, μνῶν ἐστιν ξ. ἡ δὲ μνᾶ δραχμῶν ρ. ἡ δὲ δραχμὴ, ὀβολῶν ἕξ. Fannius.

Pondera Græca cōmunia.

Cecropium ſupereſt poſthac docuiſſe talentum
Sexaginta minas, ſeu vis ſex millia drachmas,
Quod ſummum doctis perhibetur pondus Athenis:
Nam nihil his obolove minus, maiusve talento.

Et paulo ante:

Accipe præterea paruo quam nomine Graî
Mnam vocitant; minam noſtri dixere priores:

Centum

Centum hæ ſunt drachmæ.

Talentum Atticum minas continet LX. drachmas VI.M. obolos XXXVI.M. τάλαντον

Mina Attica drachmas C̄. obolos DC. μνᾶ.

Drachma, obolos VI. ὀβολός δραχμή.

Pondera quibus Græci medici vtebantur, ſunt huiuſmodi. Μνᾶ, mina; λίτρα, libra; οὐγγία, vncia; δραχμὴ, drachma; γράμμα, ſcripulum; ὀβολὸς, obolus; κεράτιον, ſiliqua; χαλκοῦς, æreolum; σιτάριον, granum; λεπτὸν, minutum. Continet vero mina vncias XVI. libra vncias XII. vncia drachmas VIII. drachma ſcripula III. ſcripulum obolos II. obolus ſiliquas III. ſiliqua, æreola II. æreolum grana II. aut minuta VII. Dioſcorides lib. de menſ. & ponder. ἡ μνᾶ κατὰ μὲν τὴν ἰατρικὴν χρῆσιν, ἄγει οὐγγίας, ιϛ. τουτέστιν ὁλκὰς, ρκη. hoc eſt: Mina ſecundum medicorum vſum, habet vncias ſedecim, drachmas centum viginti octo. Idem ait Galenus aliquot locis, lib. II. de compoſit. medicam. ſecund. genera. De libra idem Dioſcorides: ἡ δὲ λίτρα ἔχει οὐγγίας, ιβ. δραχμὰς ϟ, ϛ. Libra autem habet vncias duodecim, drachmas vero nonagintaſex. Sed libram atq. vnciam litteris paulum mutatis Græci medici a Romanis acceperunt, poſtquam Romani rerum potiti ſunt, vt ait Galenus. Vnciam vero octo drachmarum eſſe, ſcripulorum viginti quattuor, idem Dioſcorides auctor eſt his verbis: ἡ δὲ οὐγγία δραχμὰς, η. γράμματα, κδ. Idemq. Galenus refert lib. ſexto de comp. medic. ſec. gen. Iam vero drachma tria ſcripula continet, aut ſex obolos. Idem: ἡ δραχμὴ δὲ, ἡ καὶ ὁλκὴ ἄγει γράμματα τρία, τουτέστιν ὀβολοὺς, ϛ. De ſcripulo ſupra diximus. Obolum Dioſcorides ait pendere ſiliquas tres: ὀβολὸς δὲ κεράτια, γ'. Diodorus vero apud Suidam, eumdem æreola ſex, æreolum vero minuta ſeptem: ὁ δὲ ὀβολὸς χαλκῶν, ϛ. ὁ δὲ χαλκοῦς λεπτῶν, ζ'.

Continet itaq. mina medica vncias XVI. drachmas CXXVIII. ſcripula CCCLXXXIV. obolos DCCLXVIII. μνᾶ. Medica.

ſili-

ſiliquas II.M.CCCIIII.æreola IIII.M.ↀCVIII.grana IX.M.CCXVI.

λίτρα. Libra, vncias XII. drachmas XCVI. ſcripula CCLXXXVIII obolos ↀLXXVI. ſiliquas M.ↀCCXXVIII. æreola III.M.CCCCLVI. grana VI.M.ↀCCCCXII.

οὐγγία. Vncia, drachmas VIII. ſcripula XXIIII. obolos XLVIII. ſiliquas CXLIIII. æreola CCLXXXVIII. grana ↀLXXVI.

δραχμή. Drachma, ſcripula III. obolos VI. ſiliquas XVIII. æreola XXXVI. grana LXXII.

γράμμα. Scripulum, obolos II. ſiliquas VI. æreola XII. grana XXIIII.

ὀβολός. Obolus, ſiliquas III. æreola VI. grana XII.

κεράτιον Siliqua, æreola II. grana IIII.

χαλκοῦς. Aereolum, grana II. aut VII. minuta. λεπτά.

Nunc Græca pondera ad Romana referamus. Minam Atticam centum drachmas item Atticas pendere, præter Græcos omnes, & Fannium quem ſupra citauimus, etiam Plinius eſt auctor, qui lib. vigeſimoprimo, cap. vlt. Mna, inquit, Attica, quam noſtri minam vocant, pendet drachmas Atticas centum. Eamdem vero LXXXVII. denarios Romanos pondere efficere, tradit idem Plinius lib. duodecimo, cap. quartodecimo, de ture loquens: Micas concuſſu eliſas mannam vocamus. etiamnum tamen inueniuntur guttæ, quæ tertiam partem minæ, hoc eſt XXIX. denariorum pondus æquent. Sic enim legitur in emendatiſsimis exemplaribus. Erit igitur in mina denarij LXXXVII. Ex libra vero iuſtum eſſe LXXXIIII. denarios ſignari, idem affirmat lib. trigeſimotertio, cap. nono. Relinquitur ergo vt mina tribus denarijs ſit maior libra, & vt ſit integra ſemuncia ſemidenario amplius, quem in tres partes diuidere aut non potuit commode Plinius, aut noluit. Nam ſi octo drachmas Atticas, quæ ſunt in vncia Romana, duodecies ducas, fient in libra drachmæ XCVI. Mina igitur quæ centum drachmas habet, maior eſt quàm libra quattuor drach-

drachmis, ideſt ſemuncia, aut denarijs IIIS. Idem ait Fannius his verſibus:

Accipe praeterea paruo quam nomine Grai
Mnam vocitant, noſtriq. minam dixere priores:
Centum hæ ſunt drachmæ. quòd ſi decerpſeris illis
Quatuor, efficies hanc noſtram deniq. libram.

Hinc manifeſtum eſt, talentum Atticum, quod LX. minas continet, totidem libras habere, atq. inſuper LX. ſemuncias, hoc eſt, duo pondo & ſelibram. Pendet itaq. Atticum talentum pondo LXIIS. Romanis ponderibus: mina, libram pondo, & ſemunciam: drachma, octauam vnciæ partem, ſeu ſemiſicilicum, aut tria ſcripula: obolus, dimidium ſcripulum.

Pondera Attica ad Romana relata.

Talentum Atticum, pondo LXIIS. τάλαντον
Mina Attica, I. pondo, & ſemuncia. μνᾶ.
Drachma Attica, ſemiſicilicus, aut tria ſcripula. δραχμὴ
Obolus Atticus, dimidium ſcripulum. ὀβολός.

Pondera vero, quibus Græci medici vtebantur, cum Romanis ponderibus hoc modo conueniunt. Μνᾶ mina, quæ XVI. vnciarum eſt, totidem vncias Romanas pendet. nam libræ & vnciæ nomen & pondus Græci non habuere, ſed a Romanis acceperunt, cum apud eos medicinam ſcriberent. Eſt igitur mina, libra pondo & triens, λίτρα libra, οὐγγία vncia, δραχμὴ drachma, ſiue ſemiſicilicus, ſeu tria ſcripula (Plinius denarium vertit, licet ſit denarius ſeptima parte grauior drachma.) γράμμα ſcripulum, ὀβολὸς obolus, dimidium ſcripulum. Et quidem Romanis ſcripulo minora pondera in vſu non fuere. Plinius tamen denarium in LX. partes diuidit, quas denarij ſexageſimas appellat, atq. illis vtitur, vt lib. vigeſimonono, cap. primo: Et quarundam, inquit, rerum ſexageſima denarij vnius imperata. Et cap. tertio: Pinei corticis duabus ſexageſimis denariorum. Hic tamen erit animaduertendum, ὀβολὸν, obolum a Græcis in ſex chalcos diuidi, vt ſupra diximus, a Plinio vero in decem.

ſic enim ait lib. vigeſimoprimo, cap. vlt. Obolus decem chalcos pondere efficit. Erunt igitur in drachma, ſiue denario, ſecundum Græcos chalci xxxvi. ſecundum Plinium vero LX. quos ipſe ſexageſimas denariorum vertit. Igitur ſi Plinium ſequamur, erit κεράτιον, ſiue δίχαλκον, duæ denariorum ſexageſimæ, χαλκοῦς vero chalcus, denarij vnius ſexageſima.

Peſas de botica Griegas reduzidas a peſas Romanas.

Μνᾶ mina, libra pondo & triens.

Λ λίτρα litra, libra.

Γό οὐγγία, vncia.

\> δραχμὴ drachma, ſemiſicilicus, ſeu tria ſcripula, Plinio denarius.

γράμμα gramma, ſcripulum.

ὀβολὸς obolus, dimidium ſcripulum.

κεράτιον ceratium, ſiliqua, Plinio duæ ſexageſimæ denariorum.

χαλκοῦς chalcus, æreolum, Plinio ſexageſima denarij vnius.

σιτάριον ſitarium, granũ, dimidiũ ſexageſimæ denarij.

λεπτὸν lepton, minutum, chalci ſeptima pars.

Eſtas peſas Romanas y Griegas podemos reduzir a las de Caſtilla deſta manera. Dizen Cornelio Celſo enel lib. v. enel cap. xvii. y Plinio enel lib. xxxiii. enel cap. ix. como arriba dixe, que ſiete monedas de plata, aquien los Romanos llamauan denarios, peſauan iuſta vna onça Romana. Lo meſmo dize Scribonio Largo enel proemio de ſu libro, y otros muchos. y porque deſtos denarios antiguos ſe hallan ahora muchos en todas partes, y yo tengo algunos, tome ſiete dellos, hechos enel tiempo que la Republica Romana ſe gouernaua por Conſules; porque los delos Emperadores labrauanſe ya faltos de peſo, como lo dize Plinio, y yo lo he eſperimentado enel peſarlos: buſque pues eſtos ſiete denarios que no eſtuuieſen gaſtados, y que fueſen todos yguales

les en peſo,y halle que ſiete denarios y medio peſauiā al juſto vna onça delas comunes de Caſtilla,y eſto en vn peſo de platero muy ajuſtado. a eſta quenta la onça comun de Caſtilla peſa xv. medios denarios, que en Latin ſe llaman victoriatos, o quinarios. y porque la onça Caſtellana tiene DC. granos de marco,como arriba dixe,ſi diuidieremos eſtos DC. granos dela onça por xv. victoriatos, o medios denarios que peſa, ternà cadauno XL. granos, y el denario LXXX. que ſon dos adarames y cinco granos,como arriba vimos. y vna onça Romana que tenia ſiete deſtos denarios, peſarà delas peſas Caſtellanas XIIII. adarames,y xxxv. granos. y la libra Romana, que tenia XII. onças, peſarà delas de Caſtilla XI. onças, y III. adarames,y VII. granos y medio. y las de mas peſas conforme a eſto. Però porque las monedas que dixe non han podido eſtar tan guardadas,que en eſpacio de MDC. años, o mas no ſe les haya gaſtado algo, pues vemos que nueſtras monedas de plata y oro en poco tiempo con el tratarſe ſe gaſtan notablemente, es de creer que eſtos denarios quando nueuos,peſarian algo mas que no agora. Por lo qual creo que la onça delas boticas de Caſtilla, que peſa dos granos y medio mas que eſtos ſiete denarios que yo peſè,es la meſma onça Romana antigua, y la libra la meſma de entonçes, y es veriſimil que como hay tanto peligro enel quitar o añadir al peſo delas medicinas que mandaron los antiguos medicos,junto con las receptas dellos han quedado tambien las peſas, ſin hauer hauido en ellas variedad ninguna, con los meſmos nombres antiguos de libra,onça, drama,ſcripulo,y grano. Pues ſi eſtas peſas delas boticas ſon las meſmas que las Romanas antigüas,como pareçe que lo mueſtran la razon y la eſperiencia,ſeran la libra y onças Romanas lo meſmo que la libra y onça delas boticas,y el deunce,onze onças,el dextante X. y anſi las de mas

par-

partes dela libra. Conforme a eſto podemos reduzir las peſas Romanas antiguas alas comunes de Caſtilla, y alas delas boticas, deſta manera.

Peſas comunes Romanas reduzidas a las peſas comunes de Caſtilla.


P. Ꝉ	Libra Romana antigua.	xi. onças,y	iiii.adarames de Caſtilla al juſto.
S =–=	Deunx,	x. onças,y	v. adarames.
S ==	Dextans,	ix. onças,y	vi. adarames.
S =–	Dodrans,	viii. onças,y	vii. adarames.
S =	Bes,	vii. onças,y media.	
S –	Septunx,	vi. onças,y	ix. adarames.
S	Selibra,	v. onças,y	x. adarames.
=–=	Quincunx,	iiii. onças,y	xi. adarames.
==	Triens,	iii. onças,y	xii. adarames.
=–	Quadrans,	ii. onças,y	xiii. adarames.
=	Sextans,	i. onça, y	xiiii. adarames.
–	Vncia,		xv. adarames.
Ƹ	Semuncia,		vii. adarames y medio,o iii.caſtellanos menos viii. granos.
Ɂ	Sicilicus,		iii.adarames y $\frac{3}{4}$.o vn caſtellano y medio, menos iiii. granos.
↘	Sextula,		ii. adarames y medio,o vn caſtellano menos ii.granos y medio.
℈	Scripulum		xxiii.granos y $\frac{7}{16}$. q̃ ſon dos tomines caſi.

Peſas Romanas de boticas, reduzidas alas peſas de botica de Caſtilla.

P. Ꝉ	Libra,	libra.	
S =–=	Deunx,	onze onças.	xi.
S ==	Dextans,	diez onças.	x.
S =–	Dodrans,	nueue onças.	ix.
S =	Bes,	ocho onças.	viii.
S –	Septunx,	ſiete onças.	vii.
S	Selibra,	media libra.	vi.
=–=	Quincunx,	cinco onças.	v.

Triens,

Triens,	quatro onças.	IIII.
Quadrans,	tres onças.	III.
Sextans,	dos onças.	II.
Vncia,	onça.	I.
Semuncia,	media onça.	
Sicilicus,	II. dramas, y	XV. granos.
Denarius,	I. drama, y	XVII. granos, y $\frac{1}{7}$.
Victoriatus,	media drama, y	VIII. granos y medio.
Scripulum,	vn ſcripulo y	II. granos y medio
Sexageſima denarij,		I. grano y $\frac{2}{5}$.



Hauendo ya reduzido las peſas Griegas alas Romanas, y las Romanas alas de Caſtilla, facilmente podrà quienquiera ver como vienen tambien con ellas las Griegas: però para mayor claridad deſte negocio, y porque en las peſas de medicinas hay alguna diferencia deque es meneſter auiſar, ſera bien tratar breuemente dello. Las peſas de Athenas concuerdan con las de Caſtilla deſta manera. La mina prouamos que peſaua vna libra y media onça delas Romanas, y por conſiguiente delas delas boticas de Caſtilla; però delas peſas comunes terna XI. onças, y XI. adarames y medio. y el talento que tenia LX. deſtas minas, peſarà XLIII. libras Caſtellanas, y XV. onças, y II. adarames. y vna drama peſarà vn adarame, y XXXII. granos y $\frac{3}{4}$. y vn obolo XI. granos y $\frac{2}{3}$. de grano de marco.

Peſas comunes de Athenas reduzidas alas comunes de Caſtilla.

Talentum Atticum XLIII. libras, y XV. onças, y II. adarames.

Mina Attica	XI. onças, y XI. adarames y medio.
Drachma Attica	I. adarame y XXXII. granos. y $\frac{3}{4}$.
Obolus Atticus	XI. granos y $\frac{2}{3}$.

Las peſas de medicinas Griegas concuerdan con las delas boticas de Caſtilla deſta manera. La mina que tiene XVI. onças, peſa otras tantas delas de botica, porque ya diximos que los Griegos no tenian libra ni onça, ſino que tomaron eſtas dos peſas delos Romanos: y como las delos Romanos ſean las meſmas que

que las Caſtellanas; como arriba prouamos, tambien lo ſeran las delos Griegos. La libra y onça, las meſmas. En las dramas, ſcripulos, y granos hay alguna diferencia; porque la onça Griega tiene ocho dramas, y la Caſtellana nueue, por manera que ſerà la drama Griega la octaua parte maior que la Caſtellana: y porque la Caſtellana peſa lx. granos delos de botica, peſarà la drama Griega vii. granos y medio mas, que ſon la octaua parte de lx. de manera que ſerà toda lxvii. granos y medio, o vna drama y vii. granos y medio. y porque la drama Caſtellana ſe diuide en tres ſcripulos como la Griega, ſerà tambien el ſcripulo Griego la octaua parte mayor que el de Caſtilla, y terna tanto como vn ſcripulo de botica, y mas dos granos y medio, que ſon la octaua parte delos xx. granos que peſa. Però los granos delas boticas de Caſtilla peſan mas que los granos Griegos la quinzena parte: porque vna onça Griega, que diximos ſer la meſma que la delas boticas de Caſtilla, peſa de ſus granos Ɖlxxvi. como vimos arriba, y la Caſtellana tiene delos ſuyos Ɖxl. por manera q̃ Ɖxl. peſan tãto como Ɖlxxvi. y anſi peſando granos por granos, lleuaran los de Caſtilla alos Griegos en Ɖlxxvi. dela onça Griega, xxxvi. granos. de aqui es que vna drama Caſtellana peſa delos granos Griegos lxiiii. y delos Caſtellanos lx. y el ſcripulo Caſtellano xxii. granos y medio delos Griegos, y delos ſuyos xx. Algunos medicos modernos que en ſu tiempo tuuieron autoridad, viendo que los granos de trigo, que en las boticas de Caſtilla ſe vſauan, eran muy mas peſados que los delos Griegos por la qualidad dela tierra, tanto que en Ɖlxxvi. hauia xxxvi. de diferécia, para que eſtos granos quadraſſen mejor con los Griegos, ordenaron que la onça tuuieſſe ix. dramas, no tiniendo la Griega mas de viii. y que el ſcripulo tuuieſſe xx. granos, teniendo el Griego xxiiii. porque aun-

que

que no eran al juſto iguales eſtas peſas con las otras, hauia emperò enellas menos engiño que ſi fueran granos por granos: aunque ſe engañaron en eſto. La diferencia que hay entre las peſas de las boticas de Caſtilla y las Griegas, es la que he dicho: però ſi queremos concertar las vnas con las otras al juſto, vernan deſta manera.

Peſas Griegas de botica reduzidas a las delas boticas de Caſtilla.

Μνᾶ, mina.	I. libra y IIII. onças.
λίτρα, libra.	I. libra.
οὐγγία, vncia.	I. onça.
δραχμὴ, drachma.	I. drama y VII. granos (y medio.
γράμμα, grāma, ſcripulũ.	I. ſcripulo y II. granos. (y medio.
ὀβολὸς, obolus.	XI. granos y $\frac{1}{4}$
κεράτιον, ceratium.	III. granos y $\frac{3}{4}$
χαλκοῦς, chalcus.	I. grano y $\frac{3}{4}$. $\frac{1}{8}$.
σιτάριον, granum.	$\frac{7}{8}$ y medio de grano.
λεπτὸν, minutum.	vn quarto de grano.

Minæ Atticæ ad Romana pondera relatæ.

Minæ Atticæ.	Libræ Romanæ.	
I. mina.	P. I. Ɛ.	Pondo & ſemuncia.
II. minæ.	P. II. —	Duo pondo, & vncia.
III.	P. III. —Ɛ	Tria pondo & ſeſcuncia.
IV.	P. IV. =	Pond. IV. & ſextans.
V.	P. V. = Ɛ.	P. V. & ſextans ſemuncia.
VI.	P. VI. ≡	Pon. VI. & quadrans.
VII.	P. VII. ≡ Ɛ.	P. VII. & quadrãs ſemũcia.
VIII.	P. VIII. = =.	Pon. VIII. & triens.
IX.	P. IX. = = Ɛ.	P. IX. & triens ſemuncia.
X.	P. X. ≡ =.	Pon. X. & quincunx.
XX.	P. XX. S = =.	Pon. XX. & dextans.

xxx.	P. xxxi. ≡. Pon.xxxi. & quadrans.
xl.	P. xli. s = Pon.xli. & bes.
l.	P. lii. — Pon.lii. & vncia.
lx. Talentū	P. lxiis. Pon.lxii. & ſemis.

Minas de Athenas reduzidas a libras y a marcos Caſtellanos.

Minas de Athen.	Libras Caſtellanas.	Onças.	Adarames.	Marcos	Onças.	Ochauas.
I.		XI.	XI $\frac{o}{\ }$	I.	III.	V $\frac{3}{4}$ caſi.
II.	I.	VII.	VII.	II.	VII.	III $\frac{o}{\ }$.
III.	II.	III.	II $\frac{o}{\ }$	IIII.	III.	I $\frac{1}{4}$.
IIII.	II.	XIV.	XIV.	V.	VI.	VII.
V.	III.	X.	IX. $\frac{o}{\ }$	VII.	II.	IIII $\frac{3}{4}$.
VI.	IIII.	VI.	V.	VIII.	VI.	II $\frac{o}{\ }$.
VII.	V.	II.	$\frac{o}{\ }$	X.	II.	$\frac{1}{4}$.
VIII.	V.	XIII.	XII.	XI.	V.	VI.
IX.	VI.	IX.	VII $\frac{o}{\ }$.	XIII.	I.	III $\frac{3}{4}$.
X.	VII.	V.	III.	XIIII.	V.	I $\frac{o}{\ }$.
XX.	XIIII.	X.	VI.	XXIX.	II.	III.
XXX.	XXI.	XV.	IX.	XLIII.	VII.	IIII $\frac{o}{\ }$.
XL.	XXIX.	IIII.	XII.	LVIII.	IIII.	VI.
L.	XXXVI.	IX.	XV.	LXXIII.	I.	VII $\frac{o}{\ }$.
LX.	XLIII.	XV.	II.	LXXXVII.	VII.	I.

Talenta Attica ad Romana pondera relata.

Talēta Attica.	Libræ Romanæ, aut Pondo.
I. Talentum.	Pondo LXII. ſemis.
II. Talenta.	P. CXXV.
III.	CLXXXVIIS.
IIII.	CCL.
V.	CCCXIIS.
VI.	CCCLXXV.
VII.	CÐXXXVIIS.
VIII.	Ð.
IX.	ÐLXIIS.
X.	ÐCXXV.
XX.	MCCL.
XXX.	MÐCCCLXXV.
XL.	II.M.Ð.
L.	III.M.CXXV.
C.	VI.M.CCL.
CC.	XII.M.Ð.
CCC.	XVIII.M.ÐCCL.
CCCC.	XXV.M.
Ð.	XXXI.M.CCL.
M.	LXII.M.Ð.
II.M.	CXXV.M.
III.M.	CLXXXVII.M.Ð.
IIII.M.	CCL.M.
V.M.	CCCXII.M.Ð.
X.M.	ÐCXXV.M.
XX.M.	I.Q°.CCL.M.
XXX.M.	I.Q°.ÐCCCLXXV.M.
XL.M.	II.Q°.Ð.M.
L.M.	III.Q°.CXXV.M.
C.M.	VI.Q°.CCL.M.

Libras Rom. reduzidas à libras Caſt. comunes.

Libras Romanas.	Libras Caſtellanas.	Onças	Adarames.
I. Libra.		XI.	IV.
Duopond.	I.	VI.	VIII.
III. Pon.	II.	I.	XII.
IV. P.	II.	XIII.	.
V.	III.	VIII.	IV.
VI.	IV.	III.	VIII.
VII.	IV.	XIV.	XII.
VIII.	V.	X.	.
IX.	VI.	V.	IV.
X.	VII.	.	VIII.
XX.	XIV.	I.	.
XXX.	XXI.	I.	VIII.
XL.	XXVIII.	II.	.
L.	XXXV.	II.	VIII.
LX.	XLII.	III.	.
LXX.	XLIX.	III.	VIII.
LXXX.	LVI.	IV.	.
XC.	LXIII.	IV.	VIII.
C.	LXX.	V.	.
CC.	CXL.	X.	.
CCC.	CCX.	XV.	.
CD.	CCLXXXI.	IV.	.
D.	CCCLI.	IX.	.
M.	DCCIII.	II.	.
II. M.	MCDVI.	IV.	.
III. M.	II. M. CIX.	VI.	.
IV. M.	II. M. DCCCXII.	VIII.	.
V. M.	III. M. DXV.	X.	.
X. M.	VII. M. XXXI.	IV.	.
XX. M.	XIIII. M. LXII.	VIII.	.
XXX. M.	XXI. M. XCIII.	XII.	.
XL. M.	XXVIII. M. CXXV.	.	.
L M.	XXXV. M. CLVI.	IV.	.
C. M.	LXX. M. CCCXII.	VIII.	

Libras Romanas reduzidas à marcos Caſtellanos

Libras Romanas.	Marcos Caſtellan.	Onças	Ochauas.
I. Libra.	I.	II.	II.
Duo pódo.	II.	VI.	IV.
III. P.	IV.	I.	VI.
IV.	V.	V.	.
V.	VII.	.	II.
VI.	VIII.	III.	IV.
VII.	IX.	VI.	VI.
VIII.	XI.	II.	.
IX.	XII.	V.	II.
X.	XIV.	.	IV.
XX.	XXVIII.	I.	.
XXX.	XLII.	I.	IV.
XL.	LVI.	II.	.
L.	LXX.	II.	IV.
LX.	LXXXIV.	III.	.
LXX.	XCVIII.	III.	IV.
LXXX.	CXII.	IV.	.
XC.	CXXXVI.	IV.	IV.
C.	CXL.	V.	.
CC.	CCLXXXI.	II.	.
CCC.	CÐXXI.	VII.	.
CÐ.	ÐLXII.	IV.	.
Ð.	ÐCCIII.	I.	.
M.	MCÐVI.	II.	.
II.M.	II.M.ÐCCCXII.	IV.	.
III.M.	IV.M.CCXVIII.	VI.	.
IIII.M.	V.M.ÐCXXV.	.	.
V.M.	VII.M.XXXI.	II.	.
X.M.	XIIII.M.LXII.	IV.	.
XX.M.	XXVIII.M.CXXV.	.	.
XXX.M.	XLII.M.CLXXXVII.	IV.	.
XL.M.	LVI.M.CCL.	.	.
L.M.	LXX.M.CCCXII.	IV.	.
C.M.	CXL.M.ÐCXXV.	.	.

Talétos de Ath. reduzidos à peſas Caſtell. comunes.			
Talétosde Athenas.	Libras Caſtellanas.	Onças	Adarames.
I. Talentũ	XLIII.	XV.	II.
II. Talen.	LXXXVII.	XIIII.	IIII.
III.	CXXXI.	XIII.	VI.
IIII.	CLXXV.	XII.	VIII.
V.	CCXIX.	XI.	X.
VI.	CCLXIII.	X.	XII.
VII.	CCCVII.	IX.	XIIII.
VIII.	CCCLI.	IX.	.
IX.	CCCXCV.	VIII.	II.
X.	CCCCXXXIX.	VII.	IIII.
XX.	ÐCCCLXXVIII.	XIIII.	VIII.
XXX.	MCCCXVIII.	V.	XII.
XL.	MÐCCLVII.	XIII.	.
L.	II.M CXCVII.	IIII.	IIII.
LX.	II.M.ÐCXXXVI.	XI.	VIII.
LXX.	III.M.LXXVI.	II.	XII.
LXXX.	III.M.ÐXV.	X.	.
XC.	III.M.ÐCCCCLV.	I.	IIII.
C.	IIII.M.CCCXCIIII.	VIII.	VIII.
CC.	VIII.M.ÐCCLXXXIX.	I.	.
CCC.	XIII.M.CLXXXIII.	IX.	VIII.
CCCC.	XVII.M.ÐLXXVIII.	II.	.
Ð.	XXI.M.ÐCCCCLXXII.	X	VIII.
M.	XLIII.M.ÐCCCCXLV.	V.	.
II.M.	LXXXVII.M.ÐCCCXC.	X.	.
III.M.	CXXXI.M.ÐCCCXXXV.	XV.	.
IIII.M.	CLXXV.M.ÐCCLXXXI.	IIII.	.
V.M.	CCXIX.M.ÐCCXXVI.	IX.	.
X.M.	CÐXXXIX.M.ÐCLIII.	II.	.
XX.M.	ÐCCCLXXVIII.M.ÐCCCCVI.	IIII.	.
XXX.M.	I.Q°.CCCXVIII.M.CCCLIX	VI.	.
XL.M.	I.Q°ÐCCLVII.M.ÐCCCXII	VIII.	.
L.M.	II.Q^{s}.CXCVII.M.CCLXV.	X.	.
C.M.	IV.Q^{s}.CCCXCIV.M.ÐXXXI.	IIII.	. .

Talentos de Athenas reduzidos à marcos de Caſtilla.

Talẽtos de Athenas.	Marcos.	Onças	Ochauas.
I. Talentũ.	LXXXVII.	VII.	I.
II. Talent.	CLXXV.	VI.	II.
III.	CCLXIII.	V.	III.
IIII.	CCCLI.	IIII.	IIII.
V.	CCCCXXXIX.	III.	V.
VI.	ÐXXVII.	II.	VI.
VII.	ÐCXV.	I.	VII.
VIII.	ÐCCIII.	I.	
IX.	ÐCCXCI.		I.
X.	ÐCCCLXXVIII.	VII.	II.
XX.	M.ÐCCLVII.	VI.	IIII.
XXX.	II.M.ÐCXXXVI.	V.	VI.
XL.	III.M.ÐXV.	V.	
L.	IIII.M.CCCXCIV.	IIII.	II.
LX.	V.M.CCLXXIII.	III.	IIII.
LXX.	VI.M.CLII.	II.	VI.
LXXX.	VII.M.XXXI.	II.	
XC.	VII.M.ÐCCCCX.	I.	II.
C.	VIII.M.ÐCCLXXXIX.	V.	IIII.
CC.	XVII.M.ÐLXXVIII.	I.	
CCC.	XXVI.M.CCCLXVII.	I.	IIII.
CÐ.	XXXV.M.CLVI.	II.	
Ð.	XLIII.M.ÐCCCCXLV.	II.	IIII.
M.	LXXXVII.M.ÐCCCXC.	V.	
II.M.	CLXXV.M.ÐCCLXXXI.	II.	
III.M.	CCLXIII.M.ÐCLXXI.	VII.	
IIII.M.	CCCLI.M.ÐLXII.	IIII.	
V.M.	CÐXXXIX.M.CÐLIII.	I.	
X.M.	ÐCCCLXXVIII.M.ÐCCCCVI.	II.	
XX.M.	I.Q°.ÐCCLVII.M.ÐCCCXII.	IIII.	
XXX.M.	II.Q°.ÐCXXXVI.M.ÐCCXVIII.	VI.	
XL.M.	III.Q°.ÐXV.M.ÐCXXV.		
L.M.	IV.Q°.CCCXCIV.M.ÐXXXI.	II.	
C.M.	VIII.Q°.ÐCCLXXXIX.M.LXII.	IIII.	

Libras Caſtellanas reduzidas à libras Romanas.

Libras Caſtellanas.	Libras Romanas.		Onças.	Scripulos
Libra. I.	Pondo.	I.	V.	I $\frac{o}{-}$ y mas
Libras. II.	Pon.	II.	X.	III.
III.	P.	IV.	III.	III $\frac{o}{-}$.
IV.		V.	VIII.	VI.
V.		VII.	I.	VIII. juſt.
VI.		VIII.	VI.	IX—.
VII.		IX.	XI.	XI.
VIII.		XI.	IIII.	XII $\frac{\frown}{-}$.
IX.		XII.	IX.	XIIII.
X.		XIV.	II.	XVI. juſt.
XX.		XXVIII.	V.	VIII. juſt.
I. Arroua. XXV		XXXV.	VI.	XVI. juſt.
Arrouas II.		LXXI.	I.	VIII.
III.		CVI.	VIII.	.
I. Quintal. IV.		CXLII.	II.	XVI.
Quintales II.		CCLXXXIV.	V.	VIII.
III.		CĐXXVI.	VIII.	.
IV.		ĐLXVIII.	X.	XVI.
V.		ĐCCXL.	I.	VIII.
X.		MCĐXXII.	II.	XVI.
XX.		II.M.ĐCCCXLIIII.	V.	VIII.
XXX.		IV.M.CCLXVI	VIII.	.
XL.		V.M.ĐCLXXXVIII.	X.	XVI.
L.		VII.M.CXI.	I.	VIII.
C.		XLV.M.CCXXII.	II.	XVI.
CC.		XXVIII.M.CĐXLIV.	V.	VIII.
CCC.		XLII.M.ĐCLXVI.	VIII.	.
CĐ.		LXI.M.ĐCCCLXXXVIII.	X.	XVI.
Đ.		LXXI.M.CXI.	I.	VIII.
M.		CXLII.M.CCXXII.	II.	XVI.
II.M.		CCLXXXIV.M.CĐXLIIII.	V.	VIII.
III.M.		CĐXXVI.M.ĐCLXVI.	VIII.	.
IV.M.		ĐLXVIII.M.ĐCCCLXXXVIII.	X.	XVI.
V.M.		ĐCCXI.M.CXI.	I.	VIII.

Digitized by Google

Marcos Caſtellanos reduzidos à libras Romanas.

Marcos Caſtell.	Libras Romanas.		Onças.	Scripulos.
I.	Pondo.	.	VIII.	XII $\frac{3}{4}$.
II.	Pon.	I.	V.	I $\frac{o}{\;}$.
III.	P.	II.	I.	XIV $\frac{1}{4}$.
IV.		II.	X.	III.
V.		III.	VI.	XV $\frac{3}{4}$.
VI.		IV.	III.	IV $\frac{o}{\;}$.
VII.		IV.	XI.	XVII $\frac{1}{4}$.
VIII.		V.	VIII.	VI.
IX.		VI.	IV.	XVIII $\frac{3}{4}$.
X.		VII.	I.	VIII. juſtos.
XX.		XIV.	II.	XVI.
XXX.		XXI.	IV.	.
XL.		XXVIII.	V.	VIII.
L.		XXXV.	VI.	XVI.
LX.		XLII.	VIII.	.
LXX.		XLIX.	IX.	VIII.
LXXX.		LVI.	X.	XVI.
XC.		LXIV.	.	.
C.		LXXI.	I.	VIII.
CC.		CXLII.	II.	XVI.
CCC.		CCXIII.	IV.	.
CÐ.		CCLXXXIV.	V.	VIII.
Ð.		CCCLV.	VI.	XVI.
M.		ÐCCXI.	I.	VIII.
II.M.		M.CÐXXII.	II.	XVI.
III.M.		II.M.CXXXIII.	IV.	.
IV.M.		II.M.ÐCCCXLIV.	V.	VIII.
V.M.		III.M.ÐLV.	VI.	XVI.
X.M.		VII.M.CXI.	I.	VIII.
XX.M.		XIV.M.CCXXII.	II.	XVI.
XXX. M.		XXI.M.CCCXXXIII.	IV.	.
XL.M.		XXVIII.M.CÐXLIV.	V.	VIII.
L. M.		XXXV.M.ÐLV.	VI.	XVI.
C.M.		LXXI.M.CXI.I.		VIII.

Talenti vero Attici magni, quod auctoritate Priſciani & Seruij ducti quidam docti viri LXXX. minarum eſſe exiſtimant, nos ideo non meminimus, quòd ex adductis ab illis grammaticis Liuij & Plauti locis id probari plane non poſsit. Et ſane cum apud nullum, quod ſciam, Græcum ſcriptorem magni talenti fiat mentio, id additum à Latinis videri poteſt, ne paruum quiddam pro eorum conſuetudine talẽtum eſſe exiſtimaretur. Vidit hoc Seruius, qui ſuper illo Virgilij verſu, qui eſt IX. Aeneid.

Et tripodas geminos, auri duo magna talenta;

Bene, inquit, addidit magna. nam talentum poteſt & breue aliquid & magnum ſignificare. De loco Liuij, qui magis vrgere videtur, inferius cum de Euboici talenti pondere agam, nonnihil dicam.

Fuere etiam apud Græcos Euboica & Aeginæa pondera; ſed nos Attica præpoſuimus, tum quòd eorũ vſus frequentior apud auctores eſſet, tum quòd aliorum omnium ponderum grauitas ad Attica pondera ab ſcriptoribus referatur; vt niſi illa prius cognita ſint, alia ignorari neceſſe ſit. Medica vero pondera ideo Atticis adiunximus, quòd Attica obſeruatione fere medici vtantur, vt ait Plinius lib. vigeſimoprimo, cap. vltimo. Illud vero eſt aduertendum, ponderum nomina apud omnes Græcos eadem eſſe, cum eorum grauitas multum differat. Nam vt inquit Pollux lib. nono, omne talentum ſexaginta minarum eſt ſuæ cuiusq. gentis, mina vero omnis itẽ centenas drachmas continet, quæ tamen pro ratione cuiusq. talenti plus minusve pendent augmento vel decremento. Si tamen omnia talentorum genera ad drachmas Atticas redigãtur, Atticum ſex millia drachmarum continet, Aeginæum decem millia, Babylonium ſeptem millia. hæc Pollux. Eſt igitur Aeginæum talentum ſuarum quidem drachmarum VI. M. Atticarum vero X. M. & Romanis ponderibus CIV. pondo & ſextans. Mina ergo Aeginæa drachmarum ſuarum

c. ſed

c̄. ſed Atticarum CLXVI. obolorum IIII. & Romanis ponderibus, pondo libra & dodrans. Drachma autem Aeginæa obolorum ſuorum ſex, ſed Atticorum x. quam drachmam, inquit idem Pollux, Athenienſes Aeginætis infenſi grauem aut craſſam appellabant, ne Aeginæam dicerent. Pendebat autē ad Romana pondera relata ſcripula v̄. Atq. ad hunc modum ſe habent Aeginæa pondera.

Aeginæa pondera ad Attica & Romana relata.

Talentum Aeginæum LX. minas Aeginæas, Atticas c̄. pond. Rom. CIV=. pendet.

Mina Aeginæa c̄. drachmas Aeginæas, Atticas CLXVI obolos IV. Pond. Rom. lib. & dodrans fere.

Drachma Aeginæa VI. obolos Aegin. Atticos x̄. pond. Rom. ſcripula v̄. pendet.

Obolus Aeginæus I. obolum Atticum & $\frac{2}{3}$. Pond. Rom. ſcripulum fere.

Aeginæa pondera ad Caſtellana redacta.

Talentum Aeginæum Caſtellanis ponderibus efficit LXXIII. libras vulgares, & quadrantem.

Mina Aeginæa, libram Caſtellanam vulgarem, & eius quadrantem fere.

Euboica pondera.

De Euboicis vero ponderibus adeo varia ab auctoribus traduntur, vt iniri vera ratio vix poſsit. Primum enim Feſtus Euboicum talentum nummo Græco ſeptem millium & quingentorū ciſtophorūm eſſe ait, Romano vero quattuor millium denariorum. denarium vero pro Attica drachma Feſtus cepiſſe videtur. At Herodotus ita ſcribit in tertio lib. Diſtributo prouincijs hunc in modum tributo, quod exigebatur cum hoc edicto, qui argentum, hi Babylonici talenti pondere; qui aurum, hi Euboico pondere afferrent. Valet autem Babylonicum talentum ſeptuaginta minas Euboicas. hæc ille. Sed Iulius Pollux lib. nono affirmat, Babylonium talentum ſeptuaginta minas Atticas valere: minæ igitur Euboicæ & Atticæ

Atticæ eiuſdem ponderis ſunt, atq. item talenta & drachmæ. Aelianus vero lib. primo de varia hiſtor. cap. ſecundo & vigeſimo, aſſerit talentum Babylonicum eſſe Atticarum minarum LXXII. quod ſi eſt, ſeptuaginta minæ Euboicæ, quæ ſecundum Herodotum Babylonicum efficiunt talentum, & ſeptuagintaduæ Atticæ, quæ ſecundum Aelianum talentum idem pondere æquant, idem erunt. qua ratione efficitur, vt talentum Euboicum pendeat drachmas Atticas VI.M.CLXXI. & ſeſquiobolum; & ſit grauior Attico drachmis Atticis CLXXI. & ſeſquiobolo, hoc eſt, Romana integra libra, atq. inſuper dodrāte & ſemūcia. At apud Liuium lib. trigeſimoſeptimo, & trigeſimooctauo, Euboicum talentum LXXX. pondo Roman. eſſe videtur, hoc eſt, minarum Atticarum LXXVI. & drachmarum LXXX. Nam referens Liuius leges pacis à Po. Ro. Antiocho datas, ſic ait: Pro impenſis deinde in bellum factis XV.M. talentum Euboicorum dabitis, IↃ. præſentia, II.M.IↃ. cum S.P.Q.R. pacem comprobauerit, mille deinde talentum per XII. annos. Et lib. octauo & trigeſimo, pace iam à Senatu comprobata, In Pamphyliam, inquit, Cos. venit, quò pecuniam regios conuehere iuſſerat. M.IↃ. talenta accepta. Vbi II.M.IↃ. legendum exiſtimo. nam IↃ. præſentia acceperat, II.M.IↃ. reliqua erant. atq. ita traditur ab Appiano in Syriaco. In ipſo vero fœdere ita eſt ſcriptum apud Liuium: Argenti probi Attica talēta dato intra duodecim annos penſionibus æquis. Talentum ne minus pondo LXXX. Romanis ponderibus pendat. Tamquam ſui oblitus Liuius Attica talenta dixit, cum ſupra Euboica ſcripſiſſet. Nam Senatum cenſuiſſe ea talenta Euboica eſſe, apud Appianum legitur in Syriaco, vbi de hoc ipſo fœdere agit, his verbis: Δοῦναι δὲ χρήματα ἐς τὴν τοῦδε τοῦ πολέμου δαπάνην δι' αὐτὸν γενομένου, τάλαντα εὐβοϊκὰ αὐτίκα μὲν ἤδη πεντακόσια, καὶ ὅταν τάσδε τὰς σπονδὰς ἡ σύγκλητος ἐπιψηφίσῃ δισχίλια καὶ πεντακόσια. δώδεκα δὲ ἔτεσιν ἄλλοις

ἕτερα

ἕτερα μύρια καὶ δισχίλια, τὸ μέρος ἑκάστου ἔτους ἀναφέροντ᾽ ἐς ῥώμην. Addit autem Appianus, hoc fœdus tabulis æneis inciſum, in Capitolioq. ſeruatum cum alijs, ne quis exiſtimet circa talenta aliquid fuiſſe à Senatu mutatum. Veriſimile eſt igitur aut a Liuio Attica pro Euboica per incuriam ſcripta, aut ab aliquo addita. Eſt igitur ſecundum Liuium Euboicum talentum pondo LXXX. drachmarum vero Atticarum VII.M.ÐCLXXX.

Euboica talenta ad Attica & Romana pondera redacta.

Talentum Euboicum ſecundum Feſtum colligit drachmas Atticas IIII.M. hoc eſt, Pond. Rom. XLIS =.
At ſi ſupputationem Herodoti & Pollucis ſequaris, drachmas Attic. VI.M. hoc eſt, Pond. Rom. LXIIS.
Quòd ſi Aelianum ſequaris, drachmas Atticas VI.M.CLXXI $\frac{1}{4}$. hoc eſt, Pond. Rom. LXIIII. = =.
Talentum Euboicum ſecundum Liuium drachmas Attic. VII.M.ÐCLXXX. hoc eſt Pond. Rom. LXXX.

Atque de Græcis Romaniſq. ponderibus dictum ſit hactenus. Nunc veterem ſupputãdi rationem tam Græcis quàm Latinis auctoribus vſurpatam, non ab re erit indicare. Ait enim Suidas: Ἀρχαία δὲ ἡ χρῆσις καὶ τὸ τρίτον ἡμιτάλαντον, καὶ πέμπτον ἡμιτάλαντον. ἔστι δὲ τὸ μὲν τρίτον ἡμιτάλαντον δύο ἥμισυ τάλαντα, τὸ δὲ πέμπτον ἡμιτάλαντον τέσσαρα ἥμισυ, καὶ τὸ ἕβδομον ἡμιτάλαντον ἓξ ἥμισυ. καὶ ὅλως ὅντινος ἀριθμοῦ παρωνύμως μέρει ἐπονομάσῃ τις τὸ ἡμιτάλαντον, τούτου ὁ προηγούμενος ἀριθμὸς ἐφαρμόσει τοῖς ταλάντοις, οἷον ἂν μὲν ὄγδοον, ζ΄. ἂν δὲ ἔνατον, η΄. συναριθμουμένου δηλονότι καὶ τοῦ ἥμισυ. φίλον δὲ τοῖς ἀρχαίοις καὶ τὸ ἓν ἥμισυ τάλαντον, τρία ἡμιτάλαντα λέγειν, ὡς καὶ τριημιμναῖα τὴν μίαν ἡμίσειαν μνᾶν. hoc eſt: Antiquæ conſuetudinis eſt hæc loquutio, tertium ſemitalentum, & quintum ſemitalentum. Eſt vero tertium ſemitalentum, duo talenta & dimidium: quintum vero ſemitalentũ, quattuor & dimidium. & omnino cuius tandẽ numeri parti addiderit quiſpiã ſimili ratione ſemi-

ſemitalentum, eius numerus antecedens conueniet talentis, vt ſi octauum ſeptem, ſi nonum octo, connumerato videlicet dimidio. Eſt etiam antiquis vſitatum vnum & dimidium talentum tria ſemitalenta dicere, vt & tres ſemiminas, vnam & dimidiam minam. Ex quibus verbis intelligimus aliud multo eſſe ſeptimum ſemitalentum, & ſeptem ſemitalenta. nam ſi ſemis iungatur nominibus numeralibus quæ Grãmatici vocant ordinalia, qualia ſunt Græcis πρῶτος, δεύτερος, τρίτος, Latinis primus, ſecundus, tertius, ſignificat ſemiſſem ſecundo, tertio, aut quarto loco eſſe ponendum; vt apud Herodotum in primo lib. ἕλκων σταθμὸν ἕβδομον ἡμιτάλαντον, ſignificat ſex eſſe talenta, & ſeptimo loco ſemitalentum. & apud eumdem τέταρτον ἡμιτάλαντον, tria eſſe talenta, & quarto loco ſemitalentum. At ſi ſemis iungatur nominibus numeralibus, quæ vocant cardinalia, vt ἓν, δύο, τρία, τέσσαρα, vnum, duo, tria, quattuor, ſignificat tot eſſe ſemiſſes, quot numerus indicat cardinalis; vt τρία ἡμιτάλαντα, tria ſemitalenta, pro talento & dimidio. Nam vt videtur, antiqui non ſolum integris talentis, aut minis, aut alijs quibuſcumq. numerabant, ſed etiam dimidijs. has autem loquutiones à Græcis ad Romanos manaſſe multi dicunt. Priſcianus libell. de ponderib. Seſtertius dicitur ſemis tertius, de quo Arruntius hæc ait: Seſtertius olim dupondius & ſemis, quaſi ſemis tertius, quo tempore denarius decuſsis valebat, hoc eſt, poſt duos ſequens tertio loco eſt ſemis. Hoc quoque ſecundum Atticos & Ionas, qui τρίτον ἡμίδραχμον dicebant, pro δύο καὶ ἡμίσειαν δραχμὰς, teſte etiam Didymo, qui hoc ponit, oſtendens in omni parte orationis & conſtructionis analogiam Græcorum ſequutos eſſe Romanos. hæc ille. Idem ſentit Voluſius Mæcianus lib. de aſſe, quum ſcribit: Seſtertius duos aſſes & ſemiſſem, quaſi ſemis tertius, Græca figura ἕβδομον ἡμιτάλαντον. Nam ſex talenta & ſemitalentum eo verbo ſignificantur. Lex etiam

XII. Tabularum argumento eſt, in qua duo pedes & ſemiſsis ſeſtertius pes vocatur. Quod autem ait Voluſius in lege XII. Tabularum duos pedes & ſemiſſem appellari ſeſtertium pedem, ea lex de ambitu parietis ſcripta videtur ad hunc modum: AMBITVS PARIETIS SESTERTIVS PES ESTO. nam ambitum parietis Varro ait ab interpretibus XII. Tabularum exponi circuitum. & Feſtus, Ambitus, inquit, proprie dicitur inter vicinorum ædificia locus duorum pedum & ſemipedis ad circumeundi facultatem relictus. Sed quamuis Romani hoc à Græcis acceperint, non tamen id omnino ad eorum imitationem formaſſe videntur. nam Græci ſemiſſem nominibus numeralibus poſtponũt; Romani vero ſemiſſem, ſiue quamlibet aliam aſsis partem numeralibus præponunt. Feſtus: Trientem tertium, inquit, pondo coronam auream dediſſe Ioui donum ſcripſit T. Quinctius dictator, cum per nouem dies totidem vrbes, & decimam Præneſte cepiſſet. id ſignificare ait Cincius Myſtagogicon libro ſecundo duas libras pondo & trientem. qua conſuetudine hodieq. vtimur cum lignum bes alterum dicimus, ideſt pedem & beſſem latitudinis habens: & ſeſtertiũ, ideſt duos aſſes & ſemiſſem, quaſi ſemis tertium. item ſi tres aſſes ſunt & quadrans, quadrans quartus dicitur. Sic enim legenda ſunt poſtrema illa verba, quæ in Feſti fragmento corrupta leguntur. Atq. hoc idem ſignificare videtur obſcurus ille Varronis locus lib. quarto de ling. Latin. Seſtertius, quòd ſemis tertius. dupondius enim & ſemis antiquus ſeſtertius eſt: & veteris conſuetudinis vt retro æra dicerentur, ita vt ſemis tertius, ſemis quartus pronuntiarent. Seſtertius igitur ab ſemis tertius dictus. Appellat itaq. (niſi fallor) Varro æra, aſſes, hoc eſt integra & ſolida, aitq. eſſe antiquæ conſuetudinis vt integra ipſa non recto ordine in ſupputando primo loco collocarentur, vt apud Græcos fiebat, ſed retro dicerentur. atq.

ita

ita in exemplis à Feſto adductis patet. non enim dicebatur tertius triens, vt apud Græcos τρίτον ἡμιτάλαντον, ſed contra triens tertius; neq. lignum alterum bes, ſed bes alterum; & quadrans quartus, non quartus quadrans, vt ſemis tertius, non tertius ſemis. Vt rem in pauca conferam, triens tertius ideo dicitur, quòd poſt duos tertio loco ſit triens, & quadrans quartus, quòd poſt tres, quarto loco ſit quadrans. Sic & Vitruuius lib. tertio cap. primo, cum numerum ſenarium perfectum eſſe, hoc eſt aſſem, conſtituiſſet, denarium numerum qui aſſem continet & eius beſſem, bes alterum appellari ait, quòd poſt primum ſenarium ſecundo loco ſit bes, & nouenarium ſeſquialterum, quòd ſecundo loco ſit ſeſqui. Non recte igitur tradit hæc Flauius Soſipater lib. primo, qui ait ſeſtertium dici quòd de tribus aſsibus ſemis deficiat: nam ea ratione triens tertius diceretur quòd de tribus triens deficeret, & quadrans quartus quòd de quattuor quadrans. Atq. hæc fortaſſe prolixius: ſed à me ideo eſt factum, quòd noſtræ tempeſtatis doctiſsimi homines qui de hoc loquendi modo ſcripſerunt, non videntur id pro reliqua ſua diligentia tractaſſe. Nunc de alia loquendi formula nonnihil dicemus, quòd ea a Græcis tantum, non etiam a Romanis vſurpata eſſe putatur; oſtendemusq. eos aliquando ſic eſſe loquutos. Xenophon in Oeconomico de ſcrobibus: τίνα οὖν αὐτῶν εἶδες βαθύτερον τριποδίου; οὐδὲ μὰ δί' ἔγωγε, ἔφην, πενθημιποδίου. Quæ verba ſic tranſtulit Plinius lib. decimoſeptimo, cap. XI. Eadem menſura Græci auctores conſentiunt non altiores quino ſemipede eſſe debere. Cum Plinius aut altiores ſeſtertio pede, vt erat in XII. Tabulis, aut duobus pedibus & ſemiſſe dicere poſſet, ad imitationem Græcorum quino ſemipede maluit. Quino autem ſemipede duobus pedibus & ſemiſſe ſignificare, vt apud Xenophontem πενθημιπόδιον, non quadrupedaneum & ſemis, vt Volaterranus vertit, quæ ſupra

dixi-

diximus ſatis declarāt, ſed maxime ipſe Xenophontis locus: Vidiſti ne, inquit, ſcrobēm tribus pedibus altiorem? ſed neq. mehercule, inquam, duobus pedibus & ſemiſſe.

Aliarum autem gentium pondera multò facilius perci piemus, cum prius nouerimus Græca Romanaque, ad quæ hæc ab auctoribus rediguntur: atq. inter ea omnia Hebraica primum ſibi locum vindicabunt, quòd eorum vſus in ſacris litteris frequens ſit. Ea sūt quattuor omnino, ככר, מנה, שקל, גרה, ideſt, Cicàr, Máneh, Sécel, Geràh. Ioſephus autem & LXX. Interpretes ita vertunt: τάλαντον, μνᾶ, σίκλος, ὀβολός. atq. eos diuus Hieronymus ſequutus transfert, talentum, minam, ſiclum, obolum: nosq. ea deinceps iiſdem nominibus appellabimus.

Hebraica pondera.

ככר. Cicàr, τάλαντον, talentum.
מנה. Máneh, μνᾶ, mina.
שקל. Sécel, σίκλος, ſiclus.
גרה. Geràh, ὀβολός, obolus.

Pendet autem cicàr ſiue talentum minas C. mina ſiclos LX. ſiclus, geràh ſiue obolos XX.

Nunc maiora pondera in minora diſtribuamus.

Cicàr ſiue talentum minas C. ſiclos VI.M. geràh aut obolos CXX.M.

Máneh ſiue mina ſiclos LX. obolos MCC.

Sécel ſiue ſiclus, geràh ſiue obolos XX.

Cicàr ſiue talentum C. minarum eſſe, Ioſephus auctor eſt lib. tertio Iudaicar. antiquit. cap. ſeptimo, his verbis: Λυχνία ἐκ χρυσοῦ κεχωνευμένη διάκενος, σταθμὸν ἔχουσα μνᾶς ἑκατόν. ἑβραῖοι μὲν καλοῦσιν κίγχαρες, εἰς δὲ τὴν ἑλληνικὴν μεταβαλλόμενον γλῶσσαν σημαίνει τάλαντον. ideſt, Candelabrum fuiſſe ex auro, ſed non ſolido, pondo minarum C. hoc pondus Hebræi cinchares, Græci talentum ſua lingua vocant. De eodem candelabro legitur Exodi cap. trigeſimoſeptimo: Talentum auri appēdebat candelabrum cum omnibus

vaſis ſuis. Sed in Hebræo eſt ככר, hoc eſt cicàr. At máneh ſiue mina eſſe LX. ſiclorum legitur apud Ezechielem cap. quadrageſimoquinto, his verbis: Porro viginti ſicli, & vigintiquinq. ſicli, & quindecim ſicli minam faciunt. Qui ſicli omnes ſi in vnum conferantur, LX. fient. Siclus vero XX. geràh ſiue obolos habuit, vt eſt in eodem Ezechielis cap. & Exodi trigeſimo: Siclus autem habet viginti obolos.

Sed iam ea ad Græca, Romana, & Caſtellana pondera redigamus, a ſiclo initium capientes, qui quattuor drachmas Atticas pendet, Ioſepho auctore lib. tertio Iudaic. antiquit. cap. nono: ὁ δὲ σίκλος νόμισμα ἑβραίων ὢν ἀττικὰς δέχεται δραχμὰς τέσσαρας. ideſt, Siclus autẽ nummi genus apud Hebræos capit drachmas Atticas IIII. Atq. idem tradit Hieronymus in tertium cap. Ezechielis his verbis: Siclus autem, ideſt ſtater, habet drachmas quattuor. Cum igitur mina LX. ſiclos pẽdeat, ſiclus autem quattuor drachmas, erunt in mina drachmæ Atticæ CCXL. hoc eſt, duæ minæ Atticæ & drachmæ XL. At talentum ſiue cicàr, qui huiuſmodi minas C. pendet, efficiet minas Atticas CCXL. hoc eſt, talenta Attica IIII. Geràh vero ſiue obolus (quoniam eſt ſicli vigeſima pars, ſiclus autem continet obolos Atticos XXIIII.) pendet obolum Atticum & quintam oboli partem.

Hebraica pondera ad Attica redacta.

ככר Cicàr, τάλαντον, talẽtum, IIII. talenta Attica.
מנה Máneh, μνᾶ, mina, II. minæ Atticæ & drachmæ XL.
שקל Sécel, σίκλος, ſiclus, IIII. drachmæ Atticæ.
גרה Geràh, ὀβολὸς, obolus, obolus Atticus & quinta oboli pars.

Ad Romana vero pondera Hebraica ita rediguntur. Mina pendet duo pondo & ſelibram, vt ait Ioſephus lib. quartodecimo Iudaic antiquit. cap. duodecimo, de Craſſo loquẽs Hieroſolyma ingreſſo: Λαμβάνει καὶ δοκὸν ὁλοσφυρήλατον χρυσῆν ἐκ μνῶν τριακοσίων πεποιημένην.

μένην. ἡ δὲ μνᾶ παρ' ἡμῖν ἴσχει λίτρας δύο καὶ ἡμίσειαν. ideſt, Tulit etiam trabem ex auro ſolidam trecentas minas pendentem. Mina autem apud nos conſtat duabus libris cum dimidia. Cicàr igitur ſiue talentum, quod centum minas continet, librarum erit ccl. ſiclus vero, qui quattuor drachmas Atticas capit, ſemunciam pondere efficiet; & geràh ſiue obolus paulo plus dimidio ſcripulo.

Hebraica pondera ad Romana redacta.

Cicàr,	talentum.	Pondo ccl.
Máneh,	mina.	Pondo ııs. duo pōdo & ſelibra.
Sécel,	ſiclus.	Pon. ſemuncia.
Geràh,	obolus.	paulo plus dimidio ſcripulo.

Reduzidas eſtas peſas alas comunes de Caſtilla, y a marcos, peſan,

Cicàr,	clxxv. libras y xıı. onças y media. o, cccl. marcos y medio, y media onça.
Máneh,	vna libra y xıı. onças, y ıı. adarames. o ııı. marcos y medio, y vna ochaua.
Sécel,	vıı. adarames y medio. o media onça menos media ochaua.
Geràh,	xıııı. granos de marco, o vn tomin y ıı. granos.

Et huiuſmodi quidem ſunt Hebraica pondera ſecundū Ioſephum, cuius præcipua eſt auctoritas apud omnes. At Hebræorum quidam magiſtri ſacrarum litterarum interpretes, quoniam in ijs ſicli ſancti ſæpe fieri mentionem vident, exiſtimantes id dictum eſſe ad differentiam vulgaris ſicli, duplicia pondera conſtituunt; altera quæ ipſi הקדש, ideſt ſancta vocāt, altera vulgaria; atq. in vniuerſum definiunt pondera ſancta dupla eſſe ad vulgaria, & de ſanctis, non de vulgaribus ſcripſiſſe Ioſephum. Sed id ex ſacris litteris omnino probari non poteſt, cum in his talenti, minæ aut oboli ſancti nulla ſit mentio, ſed ſicli tantum; neq. Ioſephus ipſe ſancta aut vulgaria pondera vſquam nominat, ſed abſolute talentū, minam, ſi-

clum; eaq. ad Græca aut Romana pondera redigit. Sed neq. ipſi magiſtri inter ſe conſentiunt. nam quidam minam ſanctam LX. ſiclos item ſanctos continere dicunt, vt apud Ezechielem legitur cap. XLV. quidam vero eam Ezechielis minam vulgarem eſſe aiũt, ſanctam autem altero tanto eſſe maiorem. Sed hos quoniam inter ſe pugnantia dicunt, & ex ſacris litteris ſua non probant, in præſentia dimittamus. Illud potius videamus, quomodo Ioſepho cũ ſacris libris & LXX. interpretibus conueniat: nam ab illis multum diuerſa tradere videtur in ponderum explicatione. Cicàr enim ſiue talentum, quod ipſe centum minarum eſſe conſtituit, id quinquaginta tãtum minas continere ex cap. XXXVIII. Exodi aperte colligitur. Sed quia is locus in editione Latina ab Hebraica ſupputatione & à LXX interpretibus aliquantum diſcrepat, eum ex Hebræo ad verbum transferam, in hunc modum. Argentum autem numeratorum congregationis fuit centum talenta, & mille ſeptingenti ſeptuagintaquinque ſicli ſecundum ſiclum ſanctum, dimidium pondus per ſingula capita: hoc eſt, dimidiũ ſicli ſancti pro omni qui tranſibat in numerum, ab eo qui natus erat viginti annos & ſupra. collatum vero fuit a ſexcentis & tribus millibus & quingentis quinquaginta viris. Si autem virorum qui argentum contulerunt, argentiq. oblati, itemq. talentorum quæ ex ea ſumma redacta ſunt, rationem ineamus, inueniemus profecto talenta ſingula quinquaginta tantum minis conſtare, non centum. Nam ſi DCIII.M.DL. viri ſingulos dimidios ſiclos obtulerunt Domino, certe oblati fuere ſicli CCCI.M.DCCLXXV. ex qua ſumma ſi redacta ſunt talenta C. & ſicli M.DCCLXXV. manifeſtum eſt ſingula talẽta ſiclos efficere III.M. Si enim CCCI.M.DCCLXXV. ſicli oblati per III. M. diuidantur, centum integra conſtituentur, & reliqua fient M.DCCLXXV. quot talenta atq. ſicli ex ea collatione redacta eſſe ibi memo

morantur. Quòd ſi talentum trium millium ſiclorum eſt, vt diximus, mina autem ſiclos LX. continet, vt eſt apud Ezechielem cap. XLV. efficitur vt talentum quinquaginta minas pendeat, non centum, vt Ioſephus ait. nam ſi III.M. per LX. diuidantur, conficientur L. Sed & in ſicli ſancti æſtimatione Ioſephus a LXX. interpretibus multum diuerſus reperitur, quòd quem ipſe quattuor drachmarum eſſe ait, vt ſupra diximus, LXX. interpretes didrachmum vertunt; & dimidium ſicli, vnam drachmam. Vbicumq. enim in Hebræo eſt שקל הקדש, ideſt, ſiclus ſanctus; ipſi aut ſiclum ſanctum, aut didrachmum ſanctum transferunt; vt Exodi cap. XXX. ἥμισυ τοῦ διδράχμου ὅ ἐστι κατὰ τὸ δίδραχμον ἅγιον, εἴκοσι ὀβολοῖς τὸ δίδραχμον. ideſt, Dimidium didrachmi, quod eſt ſecundum didrachmum ſanctum, viginti oboli didrachmum. & cap. XXXVIII. de eadem re: Δραχμὴ μία τῇ κεφαλῇ τὸ ἥμισυ τοῦ σίκλου. ideſt, Drachmæ ſingulæ in capita, hoc eſt dimidium ſicli. & Leuitici XXVII. vbi in Hebræo eſt, Siclus eſt viginti geràh; ſic ipſi conuertunt: Καὶ πᾶσα τιμὴ ἔσται σταθμοῖς ἁγίοις, εἴκοσι ὀβολοῖς ἔσται τὸ δίδραχμον. Omne autem pretium ſoluetur ponderibus ſanctis, viginti obolis erit didrachmum. & Numeror. cap. tertio: κατὰ τὸ δίδραχμον τὸ ἅγιον λήψῃ, εἴκοσι ὀβολοῖς σίκλος. Secundum didrachmum ſanctum accipies, viginti obolis ſiclus. Eſt igitur ſiclus ſanctus duarum drachmarum ſecundum Septuaginta; non quattuor, vt Ioſepho placet. Sed neq. ipſi Septuaginta ſatis ſibi conſtare videntur cum didrachmum XX. obolos continere dicunt. Drachma enim omnis, vt ſupra probaſſe me memini, ſex obolis conſtat, & didrachmum XII. non XX. obolorum eſt. Sed hæc omnia quæ inter ſe multum pugnare videntur, facile componētur, ſi dicamus, LXX. interpretes cum ſacros libros in Græcam linguam conuerterent, id tantum ſpectaſſe, vt Hebraica pondera nominibus Græcorum ponderum redderēt, non vt eorum gra-

 uita-

uitatem ſcrupuloſius examinarent:cumq. apud Græcos quattuor eſſe ponderum nomina repeꝛiſſent, talentum, mina, drachma, obolus; apud ſuos vero item quattuor, cicàr, máneh, ſécel, geràh; ipſi cicàr, talentum; máneh, minam; geràh vero obolum tranſtulerunt, non pondera examinantes, vt diximus, ſed nomina maiorum, mediocrium, & minorum ponderum Græcorum, ſuis maioribus, mediocribus, & minoribus ponderibus imponentes. Sécel vero ideo didrachmum verterunt, & non drachmam, quòd viderunt omne talentũ ſex millium drachmarum eſſe, vt ex Polluce ſupra retulimus; cicàr vero ſuum tria tantum millia ſiclorum conficere. At Ioſephus, qui non tantum nomina nominibus reddere, ſed pondus etiam examinare, & ad Romana aut Græca pondera conferre inſtituerat, certam rationem ponderis eſt executus: atq. ita ſiclum quattuor drachmas Atticas pondere efficere confirmat. In pondere autem talenti, quod centum minarum eſſe ait, non diſcrepabit ab eo talento quod Exodi xxx. cap. quinquaginta minarum eſſe probatur, ſi minas eo cap. Hebraicas, apud Ioſephum vero non Hebraicas, ſed Græcas intelligamus, vt neceſſe eſt intelligere: alioqui Ioſephus dum ignotum pondus, Græcis & Romanis hominibus quibus hiſtoriam ſcribit, explicare nititur, id per æque ignota declarabit, cum ipſe Hebraicas menſuras & pondera ſoleat Græcis aut Romanis menſuris atq. ponderibus oſtendere, vt de mina Hebraica: Mina, inquit, apud nos pendet duas libras & ſelibram. & de ſiclo: Siclus, ait, Hebræorum nummus eſt, quattuor drachmarum Atticarum pondere. Et in menſuris item, vt ſuo loco videbimus. Minas autem tantum, non autem minas Atticas dixit, quòd de alijs minis loquebatur quæ eo tempore Romæ tum alijs in vſu & in promptu erant, tum etiam medicis Græcis qui ibi medicinã exercebant. Erant hæ minæ vnciarum ſexdecim, vt ait Galenus

lib.

lib.ſecundo de compoſit.medic. ſecund. genera, his verbis: Ἐν τούτῳ τῷ φαρμάκῳ ὁ ἥρας δῆλός ἐστι τὴν μνᾶν δεκαὲξ οὐγγίων βουλόμενος εἶναι. οὐ γὰρ ἂν ἑκκαιδέκατον ἐγεγράφει μνᾶς, εἰ μὴ τοῦτο ἐβούλετο. ideſt, In hoc medicamento Heras aperte videtur velle minam ſexdecim vnciarum eſſe. niſi enim hoc voluiſſet, ſextamdecimam minæ partem nequaquam ſcripſiſſet. Idem dicit alijs locis Galenus. Sed & Plinius ita eſſe confirmat, qui locum Dioſcoridis totidem verbis transferens, pro mina libram & quadrantem vertit. Locus Dioſcoridis ita habet lib. quinto, cap. quinquageſimoquarto, de vino ceſtrite. Δεῖ δὲ λαμβάνειν τὴν πόαν σπέρματος πλήρη πεπείρου σὺν τοῖς κλάδοις, καὶ μνᾶν μίαν βάλλειν εἰς οἴνου χοᾶς β′. ἐάν τε ἑπτὰ μῆνας, καὶ οὕτω μεταγγίζειν. Plinius vero lib. quartodecimo, cap. ſextodecimo: Proximum fit e milij ſemine maturo cum ipſa ſtipula, libram & quadrantem in congios duos muſti macerato, & poſt ſeptimũ menſem transfuſo. Licet Plinius vitio exemplaris deceptus pro ceſtrite legerit apud Dioſcoridem cenchritem; hoc eſt, pro vino ex betonica, vinum ex milio. Quòd ſi de his Plinij minis, quæ libram & quadrantem, ſiue quindecim vncias pendent, Ioſephum locutum eſſe dicamus, quòd Græcis & Romanis cognitæ erant, omnia ad ſcripulum, vt dicitur, quadrabunt. nam duæ minæ ex his, minam vnam Hebraicam efficiunt, quæ duo pondo & ſelibram continet, vt ipſe ait: & cicàr ſiue talentum, minas Græcas centum quidem continebit, ſed Hebraicas quinquaginta, & libras Romanas cxxv. Caſtellanas vero lxxxviii. fere. & quantum conijcere licet, Caſtellanum centumpondium, quod Quintal appellant, ex Hebraica voce formatum eſt. nam cicàr Hebræi κίγχαρ, ideſt cinchar proferunt, vt ait Ioſephus: ita Kincar, Quintal.

Reducentur vero hæc pondera ad Attica, Romana, & Caſtellana ad hunc modum.

Cicàr, ſiue talentum, minas Atticas cxx. fere. libras

Romanas cxxv. libras Caſtellanas lxxxviii. fere pend.

Máneh ſiue mina, minas Atticas ii. & drachmas xl, libras Romanas iis. libras Caſtellanas i. vncias xii. adarames ii. pend.

Sécel, ſiue ſiclus, drachmas Atticas iiii. Pond. Romana ſemuncia. Pond. Caſtellana adarames vii. & dimidium pend.

Pondera omnia Romana, Græca, & Hebræa ad Caſtellana pondera relata.	
Pondera Romanorum vulgaria.	
Libra.	xi. onças y iiii. adarames.
Deunx.	x. onças y v. adarames.
Dextans.	ix. onças y vi. adar.
Dodrans.	viii. onças y vii. adarames.
Bes.	vii. onças y media.
Septunx.	vi. onças y ix. adar.
Selibra.	v. onças y x. adar.
Quincunx.	iiii. onças y xi. adar.
Triens.	iii. onças y xii. adar.
Quadrans.	ii. onças y xiii. adar.
Sextans.	i. onça y xiiii. adar.
Vncia.	xv. adarames.
Semuncia.	vii. adarames y medio.
Sicilicus.	iii. adarames y $\frac{3}{4}$.
Sextula.	ii. adarames y medio.
Scripulum.	ii. tomines caſi, o xxiii. grãos y $\frac{7}{16}$
Pondera Romanorũ quibus medici olim vſi ſunt.	
Libra.	libra de botica.
Deunx.	xi. onças de botica.
Dextans.	x. onças.
Dodrans.	ix. onças.
Bes.	viii. onças.

Se-

Septunx.	vii. onças.
Selibra.	vi. onças.
Quincunx.	v. onças.
Triens.	iiii. onças.
Quadrans.	iii. onças.
Sextans.	ii. onças
Vncia.	i. onça de botica.
Semuncia.	media onça.
Sicilicus:	ii. dramas y xv. granos.
Denarius.	i. drama y xvii. granos y $\frac{1}{7}$.
Victoriatus.	media drama y viii. granos y medio
Scripulum.	i. eſcripulo y ii. granos y medio.
Sexageſima denarij.	vn grano y $\frac{1}{8}$.

Pondera Attica vulgaria.

Τάλαντον.	xliiii. libras y xv. onças y ii. adar.
Μνᾶ.	xi. onças y xi. adarames y medio.
Δραχμὴ.	vn adarame y xxxii. granos y $\frac{3}{4}$.
Οβολός.	xi. granos de março y $\frac{2}{3}$.

Pondera quibus Græci medici vſi ſunt olim.

Μνᾶ.	vna libra de botica, y iiii. onças.
Λίτρα.	vna libra de botica.
Ουγγία.	vna onça de botica.
Δραχμὴ.	vna drama y vii. granos y medio.
Γράμμα.	vn ſcripulo y ii. granos y medio.
Οβολὸς.	xi. granos de botica y $\frac{3}{4}$.
Κεράτιον.	iii. granos de botica y $\frac{3}{4}$.
Χαλκοῦς.	ii. granos caſi, o i. grano y $\frac{3}{4}\frac{1}{8}$.
Σιτάριον.	i. grano caſi, o $\frac{7}{8}$ y medio de grano.
Λεπτὸν.	vn quarto de grano.

Talentum Aeginæum, LXXIII. lib. y IIII. onças.
Mina Aeginæa, vna libra y IIII. onças caſi.

Pondera Hebræa.

ככר Cicàr.	LXXXVIII. libras caſi.
מנה Máneh.	I. libra, XII. onças y II. adar.
שקל Sécel.	VII. adarames y medio.
גרה Geràh.	vn tomin poco mas.

FINIS.

PETRI CIACONII TOLETANI

DE MENSVRIS LIBER.

LAS medidas de Salamanca, a quien diximos que hauiamos de reduzir las delos Griegos, Romanos, y Hebreos, ſon vnas de coſas liquidas, otras de ſecas, otras de medicinas. De liquidas, moyo, cantara, media cantara, açumbre, medio açumbre, quartillo, medio quartillo, marauedi, blanca. El moyo no es medida, ſi no ſuma de medidas; y tiene XVI. cantaras; la cantara dos medias cantaras, la media cantara IIII. açumbres, el açumbre dos medios açumbres, el medio açumbre dos quartillos, el quartillo dos medios quartillos. El marauedi y la blanca no ſon medidas ciertas, ſi no mayores o menores ſegun que el açumbre vale mas o menos; de modo que ſi el açumbre vale a ocho marauedis, la medida de marauedi ſerà la ochaua parte del açumbre, y tanto como el medio quartillo; y ſi a doze, la medida de marauedi ſerà la dozena parte del açumbre, y anſi tal parte ſerà del açumbre, qual el marauedi fuere del precio a que vale. La blanca ſiẽpre es la mitad del marauedi.

Moyo, XVI. cantaras, XXXII. medias cantaras. CXXVIII. açumbres, CCLVI. medios açumbres. DXII. quartillos, MXXIIII. medios quartillos.

Cantara, II. medias cantaras, VIII. açumbres, XVI. medios açumbres, XXXII. quartillos, LXIIII. medios quartillos.

Media cantara, IIII. açumbres, VIII. medios açumbres, XVI. quartillos, XXXII. medios quartillos.

Açum-

Açumbre, II. medios açumbres, IIII. quartillos, VIII. medios quartillos.

Medio açumbre, II. quartillos, IIII. medios quartillos.

Quartillo, II. medios quartillos.

Las medidas de coſas ſecas ſon, hanega, media hanega, celemin, medio celemin, quartillo, medio quartillo, ochauo, ochauillo. En muchas partes de Caſtilla hay chayz, que no es medida, ſi no ſuma de medidas, y tiene doze hanegas, y en algunas partes, tres. La hanega tiene dos medias hanegas, la media hanega VI. celemines, el celemin dos medios celemines, el medio celemin dos quartillos, el quartillo dos medios quartillos, el medio quartillo dos ochauos, el ochauo dos medios ochauos, o dos ochauillos.

Hanega dos medias hanegas, XII. celemines, XXIIII. medios celemines, XLVIII. quartillos, XCVI. medios quartillos, CXCII. ochauos, CCCLXXXIV. ochauillos.

Media hanega, VI. celemines, XII. medios celemines, XXIV. quartillos, XLVIII. medios quartillos, XCVI. ochauos, CXCII. ochauillos.

Celemin, II. medios celemines, IV. quartillos, VIII. medios quartillos, XVI. ochauos, y XXXII. ochauillos.

Medio celemin dos quartillos, quatro medios quartillos, VIII. ochauos, XVI. medios ochauos.

Quartillo dos medios quartillos, IV. ochauos, VIII. medios ochauos.

Medio quartillo dos ochauos, IIII. medios ochauos.

Ochauo dos medios ochauos.

Medio ochauo, o ochauillo.

En las boticas todas las drogas y coſas ſecas ſe dan por peſo, y anſi no hay dellas, medidas. de coſas liquidas hay açumbre, y quartillo, como en las comunes, y mas onça: pero la onça de medida es ygual a la de peſo de las meſmas boticas, y anſi el azeite y agua diſtilada, que ſon de vn meſmo peſo, ſe miden por vna meſma medida, pero el xaraue que es mas

mas peſado, por otra. Cabe vn quartillo xvi. onças delas con que ſe mide el agua, y xxiiii. delas con que ſe mide el xaraue.

Quartillo xvi. onças delas con que ſe mide el agua.
Quartillo xxiiii. onças delas con que ſe mide el xaraue.
Onça de agua, onça y media de xaraue.
Onça de xaraue.

Y porque los Romanos y Griegos tuuieron menores medidas que los medios quartillos de Caſtilla, para reduzir mas al juſto las medidas antiguas a ellas, añadiremos a las medidas comunes de Caſtilla las onças delas boticas, diuidiendo cada quartillo en xvi. onças de agua, o xxiiii. de xaraue, como diximos.

Apud Romanos vero liquidarum, aridarumq. rerum menſuræ partim vulgares fuere, partim in medicinæ vſu. Liquidarum rerum menſuræ vulgares fuere, culeus, quadrantal, ſiue amphora, vrna, congius, ſextarius, hemina, quartarius, cyathus. Vide Caton. lib. de re ruſt. ca. lvij.

Et culeus quidem bouis corium erat, quo tamquam menſura vtebantur, atq. viginti amphoras continebat. Fannius.

Eſt & bis decies quem conficit amphora, noſtris
Culleus; hoc nulla eſt maior menſura liquoris.

At amphora, ſiue quadrantal, duas vrnas capit, vt Fannius ait de ea loquens:

Huius dimidium fert vrna.—

& Voluſius Mæcianus: Nam quadrantal, quod nunc pleriq. amphoram vocant, habet vrnas duas. Iam vrna quattuor congios comprehendit, vt ait Voluſius his verbis: Quadrantal habet vrnas duas, congios octo. Congius vero ſex capit ſextarios; quod Fannius ait:

A quo ſextari nomen feciſſe priores
Crediderim, quòd eos capiat ſex congius vnus.

Idem tradit Voluſius cum ait: Quadrãtal habet con

gios

gios octo, ſextarios octo & quadraginta. Sextarius ipſe duas heminas continet. Feſtus Pompeius: Hemina ex Græco ἥμισυ, quod eſt dimidia pars ſextarij. & Fannius.

At cotylas, quas ſi placeat dixiſſe licebit
Heminas, recipit geminas ſextarius vnus.

Hemina vero duos quartarios capit, vt ex Voluſio colligitur, qui ait: Quadrantal continere heminas XCVI. quartarios CXCII. Quartarius vero cyathos tres capit, vt ex Voluſio apparet, cuius locum de menſuris integrum adducere hic operæpretium fuerit: Quadrantal, inquit, quod nunc pleriq. amphorã vocant, habet vrnas duas, congios octo, ſextarios octo & quadraginta, heminas ſex & nonaginta, quartarios centum nonagintaduos, cyathos quingentos ſeptuagintaſex. Si ergo quartarij CXCII. & cyathi DLXXVI. idem ſunt, quartarius tres cyathos habeat neceſſe eſt: ita dictus, quòd ſextarij ſit quarta pars. Cyathus ipſe vulgarium menſurarum minima, duodecima ſextarij pars eſt. Harum menſurarum omniũ velut fundamentum ſextarius eſt, in quem maiores diuiduntur, vt quadrantal in XLVIII. ſextarios, vt Feſtus ait his verbis: Quadrantal vocabant antiqui, quam ex Græco amphoram dicunt; quod vas pedis quadrati octo & quadraginta capit ſextarios. Et cõgius in ſex, vt ex Fannio ſupra retulimus, & in Plebiſcito quodam legitur apud Feſtum Pompeium:

In, Publica pondera.

SEX SEXTARII CONGIVS SIET VINI, DVO DE QVINQVAGINTA SEXTARII QVADRANTAL SIET VINI. At ipſe in minores diuiditur, vt heminas, quartarios, & velut as in duodecim vncias, ſeu cyathos. quo fit, vt quemadmodũ in ponderibus vnciam, ſextantem, quadrantem, trientem, pro partibus libræ capiebamus, ſic in menſuris vnciam vini, cyathum ſiue duodecimam ſextarij partem intelligamus; vt apud Martialem lib. primo.

Epigr. cl}. *Interponis aquam ſubinde Ruſe;*

Et ſi cogeris à ſodale, raram
Diluti bibis vnciam Falerni.

Sextantem duas vncias ſeu cyathos, vt apud eumdem lib. quinto.

Sextantes Calliſte duos infunde Falerni. Epig. lxv.

Quadrantem pro quartario, ſeu tribus cyathis, vt apud eumdem in nono lib.

Addere quid ceſſas puer immortale Falernum? Epigr. xcv
Quadrantem duplica de ſeniore cado.

Sic trientem pro quattuor vncijs aut cyathis, ſiue ſextarij tertia parte. Idem lib. primo:

Crebros ergo bibas licet trientes. Epigr. clj.

Quincuncem pro quinque cyathis, ſeptuncem pro ſeptem, beſſem pro octo cyathis, pro ſex autem cyathis ſemiſſem legiſſe me non memini, ſed ſex cyathos, aut heminā; vt apud Martialem lib. vndecimo:

Quincunces, & ſex cyathos, beſſemq. bibamus; Epigram. xxxvij.
Caius vt fiat Iulius, & Proculus.

& lib. tertio:

Septunce multo deinde perditus ſtertit. Epigr. xl.

Deunx pro vndecim cyathis. Idem lib. duodecimo:

Poto ego ſextantes, tu potas Cinna deunces. Epigr. xxviij.

Sextarius autem caſtrenſis duos Italicos, ſiue vrbicos, vt appellat Palladius, capit, hoc eſt, cyathos XXIIII. Hieronymus in Ezechielem: Porro hin duos χοαςAtticos facit, quos nos appellare poſſumus duos ſextarios Italicos. Ita vt hin menſura fit Iudaici ſextarij, noſtriq. caſtrenſis; cuius ſexta pars facit tertiā partem ſextarij Italici. Nunc maiores in minores diſtribuamus.

Culeus capit amphoras XX. vrnas XL. congios CLX. ſextarios ꝺCCCCLX. heminas MꝺCCCCXX. quartarios III. M. ꝺCCCXL. cyathos XI. M. ꝺXX.

Amphora vrnas II. congios VIII. ſextarios XLVIII. heminas XCVI. quartarios CXCII. cyathos ꝺLXXVI. Q

Vrna congios IIII. ſextarios XXIIII. heminas XLVIII. quartarios XCVI. cyathos CCLXXXVIII. Qs

Con-

S Cõgius ſextarios VI.heminas XII.quartarios XXIIII. cyathos LXXII.

Ↄ Sextarius heminas II.quartarios IIII. cyathos XII.

Ↄs Hemina quartarios II.cyathos VI.

Q Quartarius cyathos III.

CU Cyathus.

Modij forma, vtex antiquis nummis apparet, huiuſmodi fuit.



Aridorum vero menſuræ fuere modius, ſemodius, ſextarius, hemina, quartarius, cyathus. Et modius quidẽ tertia pars erat quadrantalis, eoque ſextarios ſexdecim capiebat. Sic enim ait Voluſius: Quadrantal quod nunc plerique amphoram vocant, habet vrnas duas, modios tres, ſemodios ſex, ſextarios octo & quadraginta. Efficitur ergo vt modius ſexdecim ſextarios capiat. Atq. ex hoc Voluſij loco emendari poterunt Plebiſciti cuiuſdam verba, quæ à Feſto adducuntur corruptiſsima. Sic enim legitur in excuſis Feſti codicibus: Duo de quinquaginta ſextarij quadrantal ſiet vini. Sextarius æquus æquo cum librario ſiet. ſex de quinque libræ in modio ſient. Intelligimus tamen in eo Plebiſcito ſcriptum fuiſſe vt ſextarius aridarum rerum æquus eſſet ſextario liquidarum, ita vt ſexdecim ſextarij eſſent in modio. Semodius octo ſextarios continebat, vt ex ſupra dictis patet. Sextarius, ac reliquæ menſuræ pares æquæq. erant liquidorum ſextarijs & menſuris.

In, Publica pondera.

Quartarium vero aridorum menſurã eſſe probat Plinius lib. decimooctauo, cap. tertio: Dona ampliſsima imperatorum ac fortium ciuium, quantum quis vno die plurimum circum arauiſſet. item quartarij farris, aut heminæ, conferente populo. Et apud Voluſium huius quartarij nota eſt, ⊹ɱ.

ɱ Modius capit ſemodios II. ſextarios XVI. heminas XXXII. quartarios LXIIII. cyathos CXCII.

ɱs Semodius capit ſextarios VIII. heminas XVI. quartarios XXXII. cyathos XCVI.

Ↄ. Sextarius capit heminas II. quartarios IIII. cyathos XII.

Quar-

Quartarius capit cyathos III. reliqua vt in liquidis.

Illud vero ab auctoribus non traditur, cumulatus ne modius omnibus in rebus a venditore daretur, an in quibuſdam æquatus, in quibuſdam vero cumulatus, vt apud Caſtellanos fit. Nam cumulum in modio fuiſſe apparet ex Feſto: Auctarium, inquit, dicebant antiqui quod ſupra menſuram vel pondus iuſtum adijciebatur, vt cumulus vocatur in modio. Atq. huiuſmodi quidem fuere menſuræ vulgares tam liquidarum quàm aridarum rerum.

In medicinæ vero vſu fere omnes hæ menſuræ fuere, & præterea libra, vncia, ſemuncia, acetabulum, ligula. quæ quamuis in communi vulgariq. vſu fortaſſe fuerunt, tamen quia his frequentius medici, aut alij in rebus medicis vſi comperiuntur, ideo menſuræ medicæ à me dicuntur. Libram autem, vnciam, & ſemunciam liquidarum rerum menſuras eſſe, ac maxime olei, pluribus locis refert Galenus. Fuit autem libræ menſura ex cornu pellucido in XII. æquas partes lineis quibuſdam extrinſecus diuiſa, quæ ſingulæ, vnciæ menſuram æquabant. Galenus lib. primo de compoſit. medicament. ſecund. gen. Καλεῖται γὰρ ὑπὸ τῶν ῥωμαίων ὁμωνύμως ὁ λιτραῖος σταθμὸς τῶν στερρῶν σωμάτων τῷ λιτραίῳ μέτρῳ τῶν ὑγρῶν. ὃ πάμπολυ καθ' ὅλην τὴν πόλιν ἐστὶν ἐξ ὕλης κερατίνης γιγνόμενον. ideſt, Appellatur enim à Romanis libra tam pondus quo in ſolidis corporibus appendendis vtuntur, quàm menſura qua res liquidas metiuntur, cuiuſmodi menſura paſsim per totam vrbem vtuntur ex cornea materia facta. Et apertius idem lib. tertio: Ἔστι δὲ παρ' αὐτοῖς μέτρον, ᾧ τὸ ἔλαιον μετροῦσιν. ἐντετμημένον γράμμαις διαιροῦσαις τὸ σύμπαν εἰς μέρη δώδεκα. καὶ καλεῖται τὸ ὅλον μέτρον ὑπ' αὐτῶν λίτρα. τὸ δωδέκατον δ' αὐτῆς οὐγγία. hoc eſt, Eſt autem apud Romanos menſura qua oleum metiuntur, interſecta lineis quibuſdam, quæ totam in duodecim partes diuidunt: atq. integra illa menſura libra ab illis dicitur, duodecima vero eius pars,

vncia. Hæc autem principio libra dicta videtur, quòd vino plena libram penderet, atq. eius duodecima pars vncia eadem ratione. Nam oleo plenam non tantum pependiſſe Galenus eſt auctor eiuſdem operis lib. ſexto, his verbis: Ἐγὼ γοῦν ἐν τῇ ῥώμῃ τὴν τοῦ ἐλαίου καλουμένην λίτραν, ἣν διὰ τῶν κατατετμημένων κεράτων μετροῦσιν, ἔστησά ποτε βουλόμενος μαθεῖν, ὁπόσον ἔχει σταθμὸν τοῦ βάρους. εὗρον δὲ ταῖς σταθμικαῖς δέκα οὐγγίαις ἴσας τὰς μετρικὰς τοῦ ἐλαίου, ιβʹ. ideſt, Ego ſane Romæ olei menſuram, quam appellant libram, appendi, vt quantum haberet ponderis intelligerem, atq. inueni decem ponderales vncias duodecim vncijs menſuralibus, hoc eſt libra olei, eſſe æquales. Et alibi: Ἕλκουσι γὰρ αἱ, θʹ. οὐγγίαι ἰταλικαὶ αἱ ἐν τοῖς κατατετμημένοις κέρασιν ἑπτὰ καὶ ἡμίσειαν οὐγγίας σταθμικάς. hoc eſt, Pendent enim nouem vnciæ Italicæ, ex his quæ ſunt in cornibus interſectis, ponderales vncias ſeptem & dimidiam. Non igitur ad oleum reſpicientes Romani eam menſuram libram appellarunt, ſed ad vinum, quo plena integram libram pendebat. Nam ſextarius vini viginti vncias menſurales capiebat, & totidem ponderales pendebat. quod ex Galeno & Feſto planum faciam. Galenus igitur lib. primo de compoſit. medicam. ſecund. gen. ſic ait: Ξέστου δὲ νομίζω τὴν ἥραν μεμνῆσθαι τοῦ ῥωμαϊκοῦ. παρὰ γοῦν τοῖς ῥωμαίοις, ὁ ξέστης ἔχει μίαν λίτραν καὶ ἡμίσειαν καὶ ἕκτον, ὡς εἶναι τὰς πάσας οὐγγίας, κ. ἃς τὸ πολὺ τοῖς κέρασι μετροῦσιν, ἐντετμημένοις ἔξωθεν γραμμαῖς κυκλοτέρεσιν. ideſt, Exiſtimo autem Heram ſextarij Romani meminiſſe. capit autem Romanus ſextarius libram & ſelibram & ſextantem, hoc eſt, vncias viginti ex his quas cornibus metiuntur lineis extrinſecus diſtinctis. Vini autem ſextarium viginti vncias pependiſſe legitur apud Feſtum in Plebiſcito quodam, de quo iam ſupra mentionem fecimus. eius verba appoſui. Ex PONDERIBVS PVBLICEIS, QVIBVS HAC TEMPESTATE POPVLVS OETIER SOLET, VTI COAEQVENTVR SEDVLVM,

In publicis Pondera.

VTI

At Romani ante argentum ſignatum,aſſibus quos æris etiam nomine appellabant,rationes conficiebant; eo autem ſignato,aliquando aſſibus,ſæpe denarijs, quos bigatos etiam aut quadrigatos dixerunt, ſed frequentius ſeſtertijs nummis,qui vt ſupra probauimus,duos aſſes & ſemiſſem valebant: interdum etiam & ſeſtertijs vſi ſunt neutrius generis,quæ ſingula non nummū aliquem vnum,ſed nummorum ſummam quæ mille ſeſtertios complectebatur, ſignificabant. & aſſibus quidem ita computabant. As ſiue aſſis,aut aſſarius, qui & aſſipondium dicebatur; dupondius, ſiue duo aſſes,aut bini æris; treſſis,ſiue tres aſſes,aut terni æris, & reliqua proportione vſque ad decuſſis, vel decem aſſes,aut deni æris. ſic viceſſis,viginti aſſes,& æris viceni,& reliqua vſque ad centuſſis,quo (vt ait Varro) maius æris vocabulum non erat. deinde enim dicebant, mille æris,aut mille aſſium, ſeu aſſariorum,& centum millia æris,vel centum millia aſſium.& quia, vt ait Plinius lib. XXXIII. cap. x. Romani numerum vltra centum millia non habuerunt,ſed illa multiplicabant,vt decies centena millia dicerent,& deinceps, in rationibus conficiendis decies centena millia æris, aut conciſa oratione,decies æris dicebant;ſic centies

cen-

centena millia æris,& centies æris,& reliqua. Sed ea quæ de aſſibus diximus, auctorum teſtimonijs ſunt comprobanda,vt ad denarios,ſeſtertios & ſeſtertia transeamus. Flauius Soſipater lib. I. Aſſarius ab antiquis dicebatur,nunc as dicitur,non aſſis. nam eius genitiuus eſt. Varro lib. VII. de ling. Latina: Item cur dicatur mille denarium, non mille denariorum; & non equum publicum mille aſſarium eſſe,ſed mille aſſariorum. ab vno enim aſſario multi aſſarij, ab eo aſſariorum. Atque ita fere ab hiſtoricis Græcis appellatur hic nummus. Dionyſius Halicar. lib. x. *ἦν δὲ τὸ τίμημα τῆς δίκης ἀργυρικὸν ἀσσάρια μύρια*. hoc eſt, Erat autem multa pecuniaria aſſariorum decem millium. quod Liuius decem millia æris dixit. Polybius: *ἡμιασσάριον τρίτον μέρος ὀβολοῦ*. id eſt, Semis vero æris tertia pars eſt oboli. Et quamuis Soſipater neget in recto caſu dici aſſis,ſed as,tamen Plinius ſic loquitur lib. XXXIII. cap. III. Populus Romanus ne argento quidem ſignato ante Pyrrhum regem deuictum vſus eſt: libralis,vnde etiamnum libella dicitur,& dupondius,appendebatur aſſis. Quòd autem aſſipondium etiam ſit dictum,tradit Varro lib. IV. As ab ære, dupondius a duobus ponderibus, quòd vnum pondus aſſipondium dicebatur. id ideo quòd as erat libræ pondus. Feſtus: Diſpenſatores dicti,qui æs penſantes expendebant,non adnumerabant. hinc deducuntur expenſa,ſiue diſpenſata, vel compenſata: item compendium,diſpēdium, aſſipondium, dupondium. Item Varro lib. VIII. Hic dupondius,& hoc dupondium a multis dicitur,vt hoc gladium,& hic gladius. De decuſſi,centuſſi,& reliquis Feſtus: Aeſtimata pœna ab antiquis ab ære dicta eſt, qui eam æſtimauerūt ære ouem decuſſi, bouem centuſſi, hoc eſt decem,& centum aſſibus. De qua multæ æſtimatione loquens Gellius lib. XI. cap. I. Conſtitutiq. ſunt, inquit, in oues ſingulas æris deni,in boues æris centeni. Dicebatur igitur decuſſis,decem aſſes,deni æris,ſic & alia.

Plinius

Plinius lib.xxxiii.cap.iii. Maximus cenſus centum & decem millium aſſium fuit Tullio rege, & ideo hæc prima claſſis. De quo Liuius lib. i. Ex his qui centum millium æris aut maiorem cenſum haberent, octoginta fecit centurias. & lib.xxxiii. Aeris trecenta viginti millia. Plinius lib. xii. cap. xvii. de ladano: Pretia ſunt laudatiſſimo in libras aſſes quadraginta. & cap. xxiii. de Hamoniaco: Pretium optimi in libras aſſes xl. Interdum tamen dictio æris aut aſſes ſubintelligebatur, vt in lege xii. Tabular. quam citat Gellius lib.xx. cap.i. Si inivria alteri faxit, vigintiqvinqve aeris poenae svnto. quo tamen loco dictio æris abundat, vt ex Feſto appa ret, qui ait: Vigintiquinque pœnæ ſignificat vigintiquinque aſſes. Varro lib.iiii. A decē aſſibus decuſſis, a duobus decuſſibus viceſſis, & triceſſis a tribus, ſic proportione vſque ad centuſſis, quo maius æris vocabulum non eſt. nam ducenti, & ſic proportione cū dicuntur, non magis aſſes, quàm denarij aliæve res ſignificantur. hæc Varro. Atque ita apud Plinium, cum pretia rebus apponuntur non adiecta nummi ſpecie, cogimur diuinare quid ille intellexerit, vt lib.xxxiii cap.xiii. de lomento quod fit ex cæruleo: Pretia eius in libras xxiii. cærulei xviii. & ſtatim: Pretium eius in libras xl. Et ſic infinitis locis, vbi aſſes, an denarios, an ſeſtertios intellexerit obſcurum eſt. Nam eod. lib. cap.xii. de ſile ait: Pretium in libras huius HS bini. & cap.v. de chryſocolla: Aſpera taxatur in libras denarijs ſeptenis, media denarijs quinis, attrita, quam & herbaceam vocāt, quæ denarijs ternis. Sic & Liuius lib. xxxv. de triumpho Pauli: Pediti in ſingulos dati centeni, duplex centurioni, triplex equiti. cum tamen aliàs addere ſoleat denarios aut aſſes. vt eod.lib.de Gn.Octauij triumpho: Dedit ſocijs naualibus in ſingulos denarios lxxv. gubernatoribus duplex, magiſtris nauium quadruplex. Item alibi de Scipionis triumpho: Militibus ex præda qua-

dragenos æris diuiſit. & de triumpho Quinctij: Duceni quinquageni æris in pedites diuiſi.
Denarijs vero ſæpe rationes conficiebant, quæ denariariæ, ſiue ad denarium dicuntur à Voluſio Mæciano; de quibus inferius agam. Plinius lib.xxxv. c.xi. Talentum Atticum denariûm ſex millibus taxat M. Varro. Liuius lib.xli. Tulit in eo triumpho denariûm CCCVII. millia, & victoriatûm LXXXVII. M. DCCII. Idem lib.xxiii. Lætoq. iuueni promiſſis equum eximium dono dat; bigatosq. quingentos Quæſtorem numerare iubet. & lib.xxxiii. Argenti bigati ducenta triginta quattuor millia. & lib.xxxvi. Bigatorum nummorum CCXXXIIII.P. Sed frequentius ſeſtertijs rationes confici, quæ ad ſeſtertium, ſiue ſeſterciariæ dicebantur, Voluſius tradit; de quibus inferius ſum dicturus. His autem ſeſtertijs ita numerabant. Seſtertius, ſiue nummus, vel ſeſtertius nummus; atque eodem modo decem ſeſtertij, centum ſeſtertij nummi: ad mille autem cum erat peruentum, non iam mille ſeſtertij, ſed mille ſeſtertiûm dicebant, aut nummûm; & centum millia ſeſtertiûm, quod & centum millia dicebatur tacito ſeſtertiûm nomine; & ducenta millia HS. vel ducenta millia, vt apud Caſtellanos etiam fit. dicunt enim, Cien mil, dozientas mil, entendiendo ſiempre marauedis. Inde nongenta millia HS; &, vt in ære diximus, decies centum millia HS, aut decies centena millia ſeſtertiûm; quam orationem ſæpius contrahebant, vt dicerent, Decies centena millia, aut decies centena, aut decies tantum, vt Caſtellani quoque, qui dicunt, Dozientas mil marauedis, y dozientas mil, y dozientas ſolamente. Sic centies, & millies. nam his numeralibus aduerbijs ſi centena millia non apponebantur, ſubintellecta inerant. Cicero act.iii. in Verrem: Ad ſingula medimna multi ſeſtertios duos, multi ſeſtertios quinque acceſſionis cogebantur dare; qui minimum, ſingulos nummos. Idem act.v. Facta eſt ſponſio ſeſtertiûm quinque millibus.

cœpit Scandilius recuperatores aut iudicem appellare. & ſtatim: Cogit enim Scandilium quinque illa millia nummûm dare, atque annumerare Apronio.
Cap. VII. Suetonius in Tiberio: Rudiarijs quoque quibuſdam reuocatis auctoramento centum millium. & in Ne-
Cap. L. rone: Funeratus eſt impenſa ducentorum millium. Cicero act. III. in Verrem: Poſſum deinceps totam rem explanare, deinde ad extremum id quod accidit dicere, Dionem ſeſtertiûm decies centena millia numeraſſe. De eadem autem re act. IV. ſic ait: Hic eſt Dio, iudices, nunc beneficio Q. Metelli ciuis Rom. factus, de quo multis viris primarijs teſtibus, multorumq. tabulis vobis priore actione ſatisfactum eſt, ſeſtertiûm decies numeratum eſſe, vt eam cauſam, in qua ne tenuiſſima quidem dubitatio eſſe poſſet, iſto cognoſcente obtineret. & Martialis lib. I. epigr. CIV.

Si dederint ſuperi decies mihi millia centum,
Dicebas nondum Scæuola factus eques;
Qualiter ò viuam, quàm large, quàmq. beate?
Riſerunt faciles, & tribuere Dei.
In ius, ò fallax, atque inficiator, eamus;
Aut viue, aut decies Scæuola redde Deis.

Et Horatius lib. I. ſerm. Saty. III.

— decies centena dediſſes
Huic parco paucis contento, quinque diebus
Nil erat in loculis. —

& lib. II. Saty. III.

Scilicet vt decies ſolidûm abſorberet, aceto
Diluit inſignem baccam. —

Ex quibus omnibus apparet id quod ſupra diximus, decies centena millia HS, & decies centena millia, & decies centena, & decies, aut ſeſtertiûm decies, idem ſignificare, nempe denariûm ducenta quinquaginta millia. quod apertiſſime tradit Plutarchus in Antonio his verbis: τῶν φίλων τινὶ μυριάδας ἐκέλευσε πέντε καὶ εἴκοσι δοθῆναι, τοῦτο ῥωμαῖοι δεκίες καλοῦσι. id eſt, Iuſſit cuidam ex amicis dari viginti quinque myriadas

das (drachmarum ſc.) id eſt, ducenta quinquaginta denariûm millia. hoc Romani decies dicunt. Sic etiam vicies,& centies. Martialis lib.I. epigr.c.

Non plenum modo vicies habebas;
Sed tam prodigus atque liberalis,
Et tam lautus eras Calene, vt omnes
Optarent tibi centies amici.

Liuius lib. XXXVIII. prope fin. Has ego ſummas auri & argenti relatas apud Antiatem inueni. In L. Scipione malim equidem librarij mendum, quàm mendacium ſcriptoris eſſe in ſumma auri atque argenti. ſimilius enim vero eſt argenti quàm auri maius pondus fuiſſe; & potius quadragies, quàm ducenties quadragies litem æſtimatam: eo magis, quòd tantæ ſummæ rationem ab ipſo P. Scipione requiſitam eſſe in Senatu tradunt; librumq. rationis eius cum Lucium fratrem afferre iuſſiſſet, inſpectante Senatu ſuis ipſum manibus concerpſiſſe, indignantem quòd cum bis millies in ærarium intuliſſet, quadragies ratio ab ſe poſceretur. Igitur quadragies, ducenties, millies dicebant, centena millia nummûm ſemper intelligentes. Cicero pro C. Rabirio Poſthumo: Quid vociferabare decem millia talentûm Gabino eſſe promiſſa? huic videlicet perblandus reperiendus fuit, qui hominem, vt tu vis, auariſſimum exoraret, ſeſtertiûm bis millies & quadringenties ne magnopere contemneret. Nos ſupra talentum à Varrone ſex millibus denariorum, † ſeſtertiûm autem vigintiquattuor millibus taxari diximus: quæ ſi per decem millia ducantur (tot enim talenta fuerant Gabinio promiſſa) fient in ſumma bis millies & quadringenties centena millia ſeſtertiûm: quod Cicero bis millies & quadringenties tantum dixit, conſuetudine ſui temporis vſus. Reliquum eſt vt probemus, Romanos olim ſeſtertijs illis neutris, quæ ſingula mille ſeſtertios nummos cõtinebant, in ſummis numerandis vti ſolitos, à duobus videlicet vſque ad mille, ſic, Duo ſeſtertia,

† Sed locus corrupte legitur, & emendãdus ex antiquis libris, in quibus legitur conſtantiſsime XVI. ſeſtertijs. legendum inquam XXI. ſeſtertijs, vt nos in tabula fecimus. Igitur Cicero communi taxatione, vt Seneca quoque, denariũ pro drachma, & talentũ pro XXIIII. ſeſtertijs poſuit.

tia,decem ſeſtertia,centum,itemq. mille ſeſtertia,aut ſeſtertia nummûm . interdum etiam ducenta,& quadringenta tantum dixiſſe , ſeſtertia ſubintelligentes ; quod ex adductis teſtimonijs planum fiet. Iuuenalis ſaty. VII.

Hos inter ſumptus ſeſtertia Quinctiliano
Vt multum duo ſufficient.

Seſtertium autem genere neutro , numero ſingulari legiſſe non memini , ſed mille ſeſtertiûm . Martialis lib. XI. epig. LXXVII.

Soluere Pate decem tibi me ſeſtertia cogis ,
Perdiderat quoniam Buco ducenta tibi.
Ne noceant oro mihi non mea crimina , tu qui
Bis centena potes perdere , perde decem .

Iuuenalis Saty. I.

— Simplex ne furor ſeſtertia centum
Perdere,& horrenti tunicam non reddere ſeruo?

Martialis lib. IX. epigr. CV.

Quadringentorum reddis mihi Phœbe tabellas :
Centum da potius mutua Phœbe mihi.

Et lib. III. epigr. LI.

Empta domus fuerat tibi Tongiliane ducentis:
Abſtulit hanc nimium caſus in Vrbe frequens.

Cicero act. IV. in Verrem : Repente recitatur vno nomine ſeſtertiûm ducenta quinquaginta millia iuſſu Prætoris data. & ſtatim : Numerantur illa ſeſtertia ducenta quinquaginta Syracuſanis. Ex quo apparet, ducenta quinquaginta millia ſeſtertiûm,& ducenta quinquaginta ſeſtertia idem eſſe , ſingulaq. mille nummos efficere . Igitur quotieſcumque numerale nomen neutro genere notis ſeſtertij apponitur,ſi non additur millia,ſeſtertia neutra ſunt intelligenda.

Cap. XII. Tranquillus in Caligula: Compererat prouincialem locupletem ducenta HS. numeraſſe vocatoribus , vt per fallaciam conuiuio interponeretur . nec tulerat moleſte tam magno æſtimari honorem cenæ ſuæ . huic poſtero die ſedenti in auctione miſit qui neſcio

quid

quid friuoli ducentis millibus traderet, diceretq. cenaturum apud Cæſarem vocatu ipſius.

Sed his omnibus quæ de ſeſtertijs neutris diximus, non conſentit Georgius Agricola, vir alioqui doctus & diligens. nam in lib. cui titulum fecit, Ad ea quæ Alciatus denuo diſputauit, ſic ait: Verum, pace eius dixerim, nullum mihi eſſe videtur argenti ſeſtertium, quod denarios, vt Alciatus ait, habeat ducentos & quinquaginta, ſiue quod valeat argenti duas libras & ſelibram, vt Budæus exiſtimat; qui quos non ſua opinione rapuit in hunc errorem? ſed ſeſtertius & ſeſtertium eumdem declarant nummum argenteum, qui quarta denarij pars eſt. Et lib. 11. de pondere & temperatura monetarum, hæc ait: Eodem modo poetæ dicunt ſex, decem, viginti, centum, plurave ſeſtertia, nihil aliud intelligentes quàm ſeſtertios. neutro autem genere potius quàm maſculino idcirco vtuntur, quòd quidam verſus non recipiant huius aliquot caſus plurales, illius recipiant. & paulo inferius: Interdum auctores millia ad numerum non adiungunt. Cornelius Tacitus annalium lib. 11. Daturum liberis eius ducena HS. ſingulis qui ſexus virilis eſſent. id eſt, ducena millia ſeſtertiûm. Librarij autē ignari huius loquendi conſuetudinis, cum ſeſtertiûm nota ſcriptum inuenirent iunctum cum neutrius generis nominibus numeralibus, exiſtimantes eiuſdem generis & caſus eſſe ita mutarunt, vt non ſolum numero, ſed etiam caſu & genere conueniret cum nomine numerali; vt apud Trāquillum in Tiberio: Vnam modo liberalitatem ex indulgentia vitrici conſecutus, quum tribus claſſibus factis pro dignitate cuiuſque, primæ ſexcēta ſeſtertia, ſecundæ quadringenta diſtribuit, ducenta tertiæ. cum eo loco legendum ſit, ſexcenta ſeſtertiûm. Itaque hoc librariorū errore capti viri docti ſeſtertium interpretati ſunt mille nummos, cum vnum tantummodo ſignificet. Hæc & alia plura in hanc ſententiam ille. Sed ſeſtertia neutra fuiſſe, quæ ſummam mille nummûm Cap. XLVI.

ſeſtertiorum conficerent,& ſexcenta ſeſtertiûm,quod ille vult,inuſitatam Latinis locutionem fuiſſe, adductis quibuſdam auctorum locis ita planum faciemus, vt ipſe etiam Agricola id fateatur,vt eſt homo candidus & veritatis amator. Primum enim Flauius Soſipater,ſiue Chariſius eſt,quem auctorem Agricola plurimi facit,lib.I.ſic ait: Item in coniungendo,propria quibuſdam poteſtas,quæ ratione excluditur, vt cum dicimus quinquaginta millia nummûm, nec ſtatim centies nummûm dicere poſſumus,ſed centies ſeſtertiûm; neque tamẽ quinquaginta ſeſtertiûm,ſed quinquaginta ſeſtertia dicimus.Ex quibus verbis illud videtur colligi,ſi nominibus numeralibus apponitur M. nummûm item & ſeſtertiûm addi poſſe: ſi non apponitur,nummûm non poſſe, ſeſtertiûm aut ſeſtertia poſſe;ſeſtertiûm nẽpe,ſi per aduerbia loquamur,alioqui ſeſtertia. verbi cauſa, dicimus decem millia ſeſtertiûm,& decem millia nummûm; non autem decem millia ſeſtertia. item dicimus decies ſeſtertiûm, non decies nummûm, aut decies ſeſtertia: præterea decem ſeſtertia,non autem decem ſeſtertiû m,aut decem nummûm, ſed decem ſeſtertia nummûm. Qua ſola auctoritate licet Agricolæ opinio abunde confutata videatur, nonnulla tamen poetarum loca adducam,quæ rem controuerſam eſſe non patiantur. Martialis igitur.lib.x. epigr. LXXV. ſic ait:

Millia viginti quondam me Galla popoſcit,
Et fateor magni non erat illa nimis.
Annus abit, bis quina dabis ſeſtertia, dixit:
Poſcere plus viſa eſt quàm prius illa mihi.
Iam duo poſcenti poſt ſextum millia menſem,
Mille dabam nummos, noluit accipere.
Tranſierant bina forſan, trinave Kalendæ,
Aureolos vltro quattuor ipſa petit.

Et lib.IIII. epigr.LXVII.

Prætorem pauper centum ſeſtertia Gaurus
Orabat, nota carus amicitia:

Dice-

Dicebatq. ſuis hac tantum deeſſe trecentis,
Vt poſſet domino plaudere iuſſus Eques.
Prætor ait, Scis me Scorpo Thalioq. daturum;
Atque vtinam centum millia ſola darem.
Ah pudet ingrata, pudet ah male diuitis arca.
Quod non das equiti, vis dare Prætor equo?

Notum eſt autem equeſtrem cenſum Romæ fuiſſe quadringenta millia ſeſtertiûm, quæ hic quadringenta ſeſtertia appellat. Iuuenalis item ſaty.11.

Quadringenta dedit Gracchus ſeſtertia dotem
Cornicini. — & ſtatim:
Ingens Cena ſedet. —

Vbi quadringenta ſeſtertia pro equeſtri cenſu poſuit. Quin & Horatius epiſt.lib.1.epiſt.vii.

— *Videt ridetq. Philippus,*
Et ſibi dum requiem, dum riſus vndique quærit,
Dum ſeptem donat ſeſtertia, mutua ſeptem
Promittit, perſuadet vti mercetur agellum.
Mercatur. —

& de Luculli milite, lib.11. epiſt.11.

Clarus ob id factum donis ornatur honeſtis,
Accipit & bis dena ſuper ſeſtertia nummûm.

Seſtertia autem nummûm dixit, vt Cicero act. iv. in Verrem: Redeunt illi Rhegio Syracuſas: queri cum multis, ita vt fit, incipiunt, ſeſe HS octoginta nummûm fruſtra dediſſe. Quemadmodum Caſtellani loquuntur. dicunt enim, Dos quentos, y dos quentos de marauedis: ſic illi decem ſeſtertia, & decem ſeſtertia nummûm. Quin & Plutarchus id clare oſtendit in Fabio ſic: Θέας δὲ μουσικὰς καὶ θυμελικὰς ἄξειν ἀπὸ σηστερτίων βιακοσίων τριάκοντα τριῶν, καὶ δηναρίων τριακοσίων τριάκοντα τριῶν, ἔτι τριτημορίου προσόντος. τοῦτο τὸ κεφάλαιόν ἐστιν, ὀκτὼ μυριάδες δραχμῶν, καὶ δραχμαὶ τρισχίλιαι πεντακόσιαι ὀγδοήκοντα τρεῖς, καὶ δύο ὀβολοί. id eſt, Ludos autem magnos vouit ex ſeſtertijs trecentis triginta tribus, denarijs item trecentis triginta tribus, denarijq. triente: quæ ſumma efficit drachmarum

Seſtertia 333. per drachmas 250. fiunt drachmæ 83250. Adde denarios 333 $\frac{1}{3}$. fit ſumma drachmarum 83583 $\frac{1}{3}$.

octogintatria millia, & quingentas octogintatres drachmas, obolos duos. Quòd ſi ſingulis ſeſtertijs mille nummos, vel ducentas quinquaginta drachmas tribuerimus, ſicut ex ſuperioribus tribuendas eſſe ſatis patuit, ſumma ipſa ad nummum quadrabit, atque Agricolæ opinio explodetur. Præterea ex his quæ diximus, ſatis conſtat quid diſtent inter ſe decem ſeſtertij, decem ſeſtertia, & decies ſeſtertiûm. nam decem ſeſtertij, decem nummi ſunt, qui ſinguli duas libras æris & ſemiſſem valebant: at decem ſeſtertia, decem millia nummûm huiuſmodi: decies autem ſeſtertiûm, decies centena millia eorumdem. Vide apud Plin. lib. VIII. c. XLIII. Aſinum CCCC. nummûm emptum Q. Axio Senatori, auctor eſt M. Varro. id eſt, quadringentis millibus nummûm. & lib. XIV. c. IV. Summam ergo adeptus eſt gloriam Acilius Stenelus e plebe libertina, LX. iugerum non amplius vineis excultis in Nomentano agro, atque CCCC. nummûm venundatis. & infra: Intra octauum annum CCCC. nummûm emptori addicta. Sed Budæus lib. V. de Aſſe, addendum cenſet, M. Idem Plinius lib. XVI. c. XL.
f. 115. Vulgoq. auditur octoginta nummorum & pluris malos venundari ad eos vſus. Solinus amplo ſeſtertio noue dixit, pro magno pretio & magna nummorum ſumma. ſic enim ſcribit cap. XXX. Denique baſiliſci reliquias amplo ſeſtertio Pergameni compararunt, & vt ædem Apollinis manu inſignem nec araneę intexerent, nec alites inuolarent, cadauer eius reticulo aureo ſuſpenſum ibidem collocarunt.

Sed quærat aliquis, qua ratione factũ ſit vt ſeſtertia ſingula mille ſeſtertios continuerint? Et Budæus eam rationem affert, quòd quemadmodũ ſeſtertius duas libras æris & ſemiſsẽ valebat, ita ſeſtertia ſingula duas libras & ſelibrã argenti, hoc eſt, ducentos quinquaginta denarios, quaſi libra centenos denarios penderet. Sed id reprehendit Agricola ea potiſſimũ ratione, quòd ex libra argenti iuſtum fuit Romæ octoginta quat-

tuor

tuor denarios ſignari,non centum,vt ex Plinio ſupra retulimus. Et videri poteſt id non ratione,ſed conſuetudine inductum,vt mutato genere à maſculino in neutrum, multiplicatio per millenarium fieret, ut apud Caſtellanos etiam fit. nam cum dicunt, quinientos, ſeyſcientos, entienden ſiempre marauedis, y anſi dizen que coſto vna coſa à quinientos, y que vn doblon delos nueuos vale ochocientos, conuiene a ſaber marauedis.pero ſi dizen quinientas,ſeyſcientas,entienden ſiempre mil marauedis:y anſi dizen que vn cauallero tiene ſeyſcientas de renta,que quiere dezir ſeyſcientas mil marauedis. y como ellos cuẽtan por maſculinos deſde vno haſta cien mil, y de alli por femininos, anſi los Romanos contauan por maſculinos de vno haſta mil,y de alli por neutros, y anſi dezian, Duo ſeſtertia,hoc eſt, duo millia ſeſtertium,decem ſeſtertia,id eſt, decem millia HS. centum ſeſtertia,id eſt,centum millia HS. mille ſeſtertia,id eſt, decies centena millia HS. quamuis mille ſeſtertia, & deinceps, raro admodum aut numquam reperiatur dictum,ſed per aduerbia ſummæ ſcribebantur ſic,Vicies,cẽties,millies,&c.Igitur ſi numeralia nomina ſeſtertijs vnita maſculini ſint generis, ſeſtertios nummos eſſe ſciemus: ſi autem neutrius, tunc ſeſtertia neutra. nam cum caſibus qui vtriſque communes ſunt,vtuntur,ſi de nummis loquuntur,ſeſtertijs nummis dicunt amphiboliæ vitandæ cauſa. Nunc non ab re erit calculi notas,& calculandi modum,rationesq. nummarias conficiendi, quibus Romani vtebantur, addere: prius tamen,vt morem noſtrum hic quoque teneamus, Caſtellanum calculum, modumq. conficiendi rationes apponemus.

Los Caſtellanos en ſus quentas tienen las meſmas cifras que los Romanos,haunque añadieron vna que a ellos les faltaua, y mudaron otra. ſon pues eſtas. I. V. X. L. C. D. U. Q^o. que es,vno,cinco,diez,cinquenta,ciento, quinientos, mil, quento. Mudaron pues la M. de los Roma-

Romanos en eſta cifra, u. la qual porſi no vale nada, pero haze valer miles à todas las otras que detras ſe ponen, como cxxiiiiu. ſon ciento y veynte quatro mil. dccccu. ſon nouecientos mil.y ſi a eſtos añademos cienmil, no dizen diez vezes cien mil, como los Romanos, ſino vn quẽto, cuya cifra es q^{o}. la qual porſi no vale nada, ſino que haze valer quẽtos las que detras ſe ponen: anſi ccxxiiiq^{s}. dozientos y veynte y tres quentos. y quando llegan à mil quentos, ponen la cifra de mil, y la de quẽto deſta manera, xxiiuq^{s}. veynte y dos mil quentos; por manera que cifran vna ſuma grãde deſta manera, dcccclxviiiuq^{s}. dccxxxiiiiu. dcccxxv. que es, nouecientos y ſeſenta y ocho mil quẽtos, y ſietecientos y treyntaquatro mil, y ochocientos y veynte cinco: haunque eſtos quentos por otro nombre ſe llaman millones, y dizen como vn quento de quentos, anſi vn millon de millones. Las partidas o quentas de monedas hazen o por enteros ſolos, o por enteros y quebrados, y por monedas de vn genero, o de diuerſos. quiero dezir, que o las hazen por ducados ſolos con ſus quebrados, o por realès ſolos, o por marauedis ſolos. ſolos entiendo haunque ſean con quebrados. otras vezes por ducados y reales, otras por ducados y marauedis, otras por reales y marauedis. Si ſe hazen por ducados, quentan deſde vno haſta nouecientos mil, y añadiendo a eſtos cien mil, que ſean diez vezes cien mil, le llaman millon de ducados, o millon ſolo, y anſi cien millones, que cada vno contiene diez vezes cien mil ducados. Por reales no llegan mas que haſta nouecientos mil, porque para diez vezes cien mil no tienen en los reales nombre proprio. En los marauedis quentan de vno haſta cien mil por maſculinos, como ya diximos arriba; de alli haſta nouecientos mil por femininos; luego dizen vn quento de marauedis, o vn quento, y anſi diez y cien quentos, que cada vno contiene diez vezes cien mil marauedis. La cifra y ſeñal delos ducados es, d^{s}. que ſon la

primera

primera y poſtrera letra del nōbre dellos. delos reales, rſ. delos marauedis, mſ. por manera que en las partidas y quentas que ſe hazen por eſtos tres generos de monedas, ponen arriba la cifra dellas para entenderſe.

Apud antiquos Romanos (inquit Plin. lib. xxxiii. c. x.) non erat numerus vltra centum millia: itaque & hodie multiplicantur hæc, vt decies centena millia, aut ſæpiùs dicantur. Igitur notæ illis ab vno ad centum millia hæc fuerunt, vt à Priſciano traduntur lib. de numeris & ponderibus. I. V. X. L. C. Iↄ. cIↄ. Iↄↄ. ccIↄↄ. Iↄↄↄ. cccIↄↄↄ. Iↄↄↄↄ. ccccIↄↄↄↄ. hoc eſt, vnum, quinque, decem, quinquaginta, centum, quingenti, mille, quinque millia, decem millia, quinquaginta millia, centum millia, quingenta millia, mille millia, ſeu decies centena millia. Quæ omnia & in lapidibus antiquis, & in orationibus Ciceronis, alijsq. eius libris paſſim hodieq. reperiuntur. Cicero pro A. Cluentio: Itaque teſtamentum fecit eiuſmodi, vt illi filio HS ccccIↄↄↄↄ. millia legaret. hoc eſt, ſeſtertiûm decies centena millia. In ærea tabula has notas argento impreſſas Romæ vidi apud Fuluium Vrſinum. I. X. C. ∞. ccIↄↄ. cccIↄↄↄ. I$\overline{X}$I. quæ nota decies centena millia ſignificat. Priſcianus illas poſtremas duas ita notari ait. qↄ. cmↄ. quæ quoniam ab alijs degenerant, neque alibi reperiuntur, cum ſuperiores aliæ apud Ciceronem ſint, vt legitimas non accipio. Itaque magnam quamdam ſummam, vt nongētorum nonaginta quattuor millium, ſic notabant. cccIↄↄↄ. cccIↄↄↄ. cccIↄↄↄ. cccIↄↄↄ. cccIↄↄↄ. cccIↄↄↄ. cccIↄↄↄ. cccIↄↄↄ. cccIↄↄↄ. Iↄↄↄ. ccIↄↄ. ccIↄↄ. ccIↄↄ. ccIↄↄ. cIↄ. cIↄ. cIↄ. cIↄ. ſatis impedita ratione, vt multo minore opera litteris perſcribi poſſet, quàm notis. quapropter ſequens ætas compendioſiorem rationem inuenit, ſaltem circa millia. namque mille, M littera notabant; quotquot autem millia volebant notare, tot ante M. collocabant. itaque numerum ſuperiorem ſic notabant. DCCCCXCIIII. M. hoc

hoc eſt, nongenti nonagintaquattuor millia. decies autem,& alia deinceps quæ per aduerbia proferebāt, numerorū notis virgula ſuperducta notabant. Exempli gratia, ſi perſcribere volebant octingenties quadragies quinquies centena millia, ſic notis ſcribebāt. $\overline{\text{DCCCXLV}}$. M. decies autem ſic, $\overline{\text{X}}$ M. centies autem, $\overline{\text{C}}$ M. aut etiam ſine littera M. ſic $\overline{\text{X}}$. $\overline{\text{C}}$. millies vero $\overline{\text{M}}$. & bis millies $\overline{\text{MM}}$. Hinc duobus ſatis obſcuris locis lucis aliquid afferetur, quorum alter eſt Macrobij lib. Saturnal. II. cap. IV. Solebat, inquit, Licinius libertus Auguſti, inchoanti opera patrono magnas pecunias conferre. quem morem ſecutus, centies promiſit per libellum, in quo virgulæ ſuperductæ pars vltra pecuniæ deſignationem protendebatur vacante infra loco. Cæſar occaſione vſus, priori alterum centies ſua manu iunxit, ſpatio diligenter expleto, & affectata litteræ ſimilitudine; geminatamq. accepit ſummam diſſimulante liberto: qui poſtea cœpto alio opere leniter factum ſuum Cæſari obiecit, libello tali dato: Confero tibi domine ad noui operis impenſam quod videbitur. Ergo prior libellus in hunc modum ſcriptus fortaſſe fuit: Confero tibi domine ad noui operis impenſam HS $\overline{\text{C}}$. hoc eſt, ſeſtertiûm centies. ſic enim legendum eſt eo loco, non centum. nam Cæſar alterum centies dicitur adiunxiſſe. Igitur Cæſar quoniam linea vltra modum protracta occaſionem fraudi dabat, affectata c litteræ ſimilitudine alterum centies addidit ſic, HS $\overline{\text{CC}}$. Alter locus eſt Tranquilli in Galba: Obſeruauit, inquit, ante omnes Liuiam Auguſtam; cuius & viuæ gratia plurimum valuit, & mortuæ teſtamento pæne ditatus eſt. HS namque quingenties cum præcipuum inter legatarios habuiſſet, quia vero notata non perſcripta erat ſumma, herede Tiberio legatum ad quinquaginta reuocante (ſiue, vt ego legendum exiſtimo, ad quinquagies) ne hæc quidem accepit. Nam cum quinquagies ita notaretur, HS $\overline{\text{L}}$. quingenties vero ſic, HS $\overline{\text{IↃ}}$. occaſionem

Cap. v.

arripuit

arripuit homo auarus & calumniæ plenus, vt alteram notam pro altera poſitam eſſe, ſi non probare, ſaltem perſuadere vellet. Atque inde factum arbitror, vt quingentorum nota inducta ſemper & in marmoribus antiquis & in veteribus libris manuſcriptis reperiatur hoc modo, -Ð-. ne falleret ſcilicet, & pro L. acciperetur. Ne quid tamen diſſimulem, in antiquo Suetonij codice quingenta omnino ſcriptum eſt, non quinquaginta, verius multo, vt opinor. occaſionem vero fraudi dedit ſumma notata, non ſcripta, ſic, D HS. quæ notæ & quingenties ſeſtertiûm, & quingenta ſeſtertia ſignificant; nempe D̄ HS quingenties, -Ð- HS vero quingenta. nam vt ſupra diximus, virgula quandoque ſuperponebatur aduerbijs, quandoque vero non. quòd ſi litteris ſumma eſſet ſcripta, vt quingenties aut quingenta, nihil eſſet dubitandum: aut ſi ſumma quidem notis eſſet ſignata ſic, D. poſtea vero additum litteris, ſeſtertiûm, aut ſeſtertia, item nihil dubij foret, cum plane alterum quingenties ſeſtertiûm, alterum quingenta ſeſtertia ſignificaret. nunc vero cum notatum foret ſic, -Ð- HS. locum dedit interpretationi. Sed vt vnde digreſſi ſumus redeamus, hæ notæ apud Pliniũ in terrarum menſuris, & ſeſtertiorum ſummis paſſim reperiuntur: aliquando ſic, X̄C̄. M. id eſt, decies centena millia; aliquando & ſine linea, tantum litteræ M. appoſitione; aliquando & ſine ea, vt apud Cornelium Tacitum lib. I. de teſtamento Auguſti: Legata non vltra ciuilem modum, niſi quòd populo & plebi cccccxxxv. de quo Tranquillus: Legauit populo Romano quadringenties, tribubus tricies quinquies HS. & apud Ciceronem ſæpe. Scio & à Valerio Probo tradi, lineam ſuperductam notis numerorum illos per millenarium multiplicare, atque ita apud Plinium eſſe ſcriptum in excuſis codicibus emendatioribus lib. VIII. cap. XLIIII. Aſinum cccc. nummûm emptũ Q. Axio Senatori auctor eſt M. Varro. id eſt, quadringentis millibus nummûm: quod quia alibi non teme-

re

re reperitur,& cauſa hallucinãdi maxima eſſe poteſt, vt diſtingui non queant quadringenta à quadringenties,neſcio an omnino ſit verum. Certe in tabulis Conſularibus, quæ non ita pridem Romæ refoſſæ ſunt,numeris fere omnibus lineæ ſuperpoſitæ ſculptæ nullam numeri ipſius multiplicationem deſignant: ſæpe autem numerum aduerbialiter poſitum ſignificant,vt Cos.IIII. Conſul quater. TRIB. POT. XX. Tribuniciæ poteſtatis vicies. Nunc quemadmodum rationes ad denarium & ſeſtertium conficerent, ponam ex verbis Voluſij Mæciani, emendatis pluribus notis & locis,quæ apud illum in vulgatis exemplaribus corruptiſſime leguntur. Is igitur lib. de Aſſe ſic ſcribit: Denarius primo decem aſſes valebat, vnde & nomen traxit: Quinarius dimidium eius,id eſt quinque aſſes,vnde & ipſe vocatur:Seſtertius duos aſſes & ſemiſſem. Nunc denarius ſedecim,quinarius octo, ſeſtertius quattuor aſſes valet. Infra quam diuiſionem ſequitur alia ſubdiuiſio,notas æque ac propria vocabula habens. Quare ſi ad denarium rationem conficias, aſſem hac nota ſcribas, ✱ S ɔ. ac voces, ſemuncia ſicilicus. ſemúnciæ enim ſedecim & ſicilici ſedecim aſſem efficiunt. Dupondium hac nota ſcribas, ✱ — S. & voces ſeſcuncia.nam ſedecim ſeſcunciæ dupondiũ efficiunt. Treſſis hac nota ſcribas, ✱ = ɔ. ac voces ſextans ſicilicus. æque enim ſedecim ſextantes, totidemq. ſicilici tres aſſes efficiunt. Quartuſſis (vel, vt alij ſcribunt, Quadraſſis) hac nota ſcribas, ✱ =—. voceſq. quadrans.ſedecim enim quadrantes Quartuſſis efficiunt. Quinquæs (ſiue vt apud Feſtum legitur, Quinqueſſis) hac nota ſcribas, ✱ =— S ɔ. voceſq. quadrans ſemuncia ſicilicus. nam ſedecim quadrantes ac totidem ſemunciæ ſiciliciq. faciunt Quinquæs. Sexis(ſiue vt alij,Sextuſſis) hac nota ſcribas, ✱ = = S. voceſq. triens ſemuncia. æque enim trientes & ſemunciæ ſedecies ductæ Sexis efficiunt. Septus (ſiue vt alij,Septuſſis)hac nota ſcribas,✱ == ɔ. ac nomines quin-

quincunx ſicilicus. ſimili enim modo quincunces ac ſicilici multiplicati Septus efficiunt. Octus (ſiue vt alij, Octuſſis) hac nota ſcribas, ✱S. ac nomines ſemis: quibus eodem modo multiplicatis, Octus reperias. Nonus, ſiue Nonuſſis, hac nota ſcribas, ✱SƧƆ. appelleſq. ſemis ſemuncia ſicilicus. nam ſemiſſe, ſemuncia, ſicilico multiplicatis Nonus inuenies. Decus, ſiue Decuſſis, hac nota ſcribas, ✱S — Ƨ. atque nomines ſeptuncem ſemunciam. ſeptuncem quoque ac ſemunciam toties ſi duxeris, Decus efficies. Vndeciæs, ſiue Vndeciære, hac nota ſcribas, ✱S = Ɔ. appelleſq. beſſicilicus. nam beſſicilici toties ducti Vndeciæs efficiunt. Duodeciæs, ſiue Duodeciære, hac nota ſcribas, ✱S =— ac voces dodrans. dodrantes enim eodem modo computati Duodeciæs efficiunt. Tredeciæs, ſiue Tredeciære, hac nota ſcribas, ✱S =—ƧƆ. voceſq. dodrans ſemuncia ſicilicus. dodrantibus enim, ſemuncijs, ſicilicis eadem ratione multiplicatis tredecim aſſes efficies. Quattuordeciæs hac nota ſcribas, ✱S = =Ƨ. ac voces dextans ſemuncia. dextantes ſemunciæq. ſexdecim æque Quattuordeciæs efficiunt. Quindeciæs hac nota ſcribas, ✱S == Ɔ. ac appelles deunx ſicilicus. deunx quoque ac ſicilicus Quindeciæs efficiunt. Ingenioſiſſime autem cum ad denarium ratio conficeretur, excurrentis æris nota inuenta eſt, quæ ſedecies multiplicata id efficeret. Namque cum denarij nota præſcribatur, eiq. ſubiungatur æris excurrentis nota, manifeſtum eſt eam ſedecies ducendam ex adnotatione denarij. hæc Voluſius.

In tabella ænea calculatoria ſemunciæ nota hæc eſt, Ƨ. ſicilici, Ɔ. ſemiſicilici, 2. vnciæ, Θ.

Denarius autem continet vncias XII. tamquam as, ſemuncias XXIV. ſicilicos XLVIII. Vncia, ſemuncias II. ſicilicos IIII. Semuncia, II. ſicilicos.

Cum

Cum igitur as,ideſt, XVI. denarij pars excurrebat, ſc. ſicilicis III. ſic notabatur, 𐆖 Σ ɔ.
denarij ſemuncia ſicilicus. as XVI. pars.

Cum dupondius,ideſt, octaua pars,ſc. ſicilicis VI. præpoſita ſemper nota denarij ſic, 𐆖 — Σ.
denarij ſeſcuncia. aſſis VIII. pars.

Cum treſſis,id eſt, tres aſſes, 𐆖 = ɔ.
denarij ſextans ſicilicus.

Cum quartuſſis,id eſt, quattuor aſſes, 𐆖 = —.
denarij quadrans. aſſis quarta pars.

Cum quinqueſſis,id eſt quinque aſſes, 𐆖 = — Σ ɔ.
denarij quadrans ſemuncia ſicilicus.

Cum ſexis,ſiue ſexeſſis, id eſt ſex aſſes, 𐆖 = = Σ.
denarij triens ſemuncia.

Cum ſeptus, ſiue ſeptuſſis,i.ſeptem aſſes, 𐆖 = = ɔ.
denarij quincunx ſicilicus.

Cum octus,ſiue octuſſis,hoc eſt octo aſſes, 𐆖 S.
denarij ſemis.

Cum nonus,ſiue nonuſſis,ideſt nouē aſſes, 𐆖 S Σ ɔ.
denarij ſemis ſemuncia ſicilicus.

Cum decus,ſiue decuſſis, i. decem aſſes, 𐆖 S — Σ.
denarij ſeptunx ſemuncia.

Cum vndeciæs,hoc eſt vndecim aſſes, 𐆖 S = ɔ.
denarij beſſicilicus.

Cum duodeciæs,hoc eſt duodecim aſſes, 𐆖 S = —.
denarij dodrans.

Cum tredeciæs,hoc eſt tredecim aſſes, 𐆖 S = — Σ ɔ
denarij dodrans ſemuncia ſicilicus.

Cum quattuordeciæs,id eſt XIIII. aſſes, 𐆖 S = = Σ.
denarij dextans ſemuncia.

Cum quindeciæs,id eſt quindecim aſſes, 𐆖 S = = ɔ.
denarij deunx ſicilicus.

Cum ſedeciæs, i. ſexdecim denarij aſſes, quæ integrum denarium efficiunt, 𐆖.

Quæ vt facilius intelligi poſſint, hoc ex Galeno notandum eſt,Romanos olim rem quamlibet aſſem appellaſſe,atque in duodecim partes diuiſiſſe, quas vncias nomi-

nominarunt; earumq. ſingulas in duas ſemuncias, aut quattuor ſicilicos,& in alias etiã minutiores portiones,de quibus in Ponderibus diximus.Igitur cum ad denarium rationes conficiebant, denarium ipſum tamquam aſſem in eas partes diuidebant.& quoniam ſexdecim aſſes nummos valebat, aſſes ipſos vltra denarios integros excurrentes,prout erant denarij, id eſt aſſis,partes,ita his vnciarum,ſemunciarum, ſicilicorum nominibus appellabant. vt verbi gratia, Aſſem,quoniam ſextadecima pars erat denarij, ſemunciam ſicilicum appellabant. hæ enim partes ſextam decimam aſſis partem efficiunt. dupondium vero,ſiue duas decimasſextas partes denarij,aut vnam octauam,ſeſcunciam dixerunt. ſeſcuncia enim octaua pars eſt totius aſſis. atque in reliquis eodem modo. Sic Caſtellani, cum regalibus argenteis rationes conficiunt,dicunt,dos reales y vn quartillo, dos reales y medio,dos reales y tres quartillos: y quando ſe vſauan ochauos,dezian dos reales y cinco ochauos,dos reales y ſiete ochauos;y lo que no llega a ochauo,ò quartillo,ſi tiene las dos tercias partes, ò mas, quentaſe por vno entero:ſi es menos que las dos tercias partes,dexaſe del todo,como los Romanos hazian en ſus aſſes. Atque illis quidẽ,qui,vt ait Horatius,à pueris ſtatim magno ſtudio diſcebãt aſſes in centũ partes deducere, hæc ratio expedita erat. Summas autem ærarum excurrentium ita ſubducebant,vt bini ſicilici pro ſemuncia, binæ ſemunciæ pro vncia, duodenæ vnciæ pro ſingulis aſſibus ſeu denarijs acciperent; vt ſi ex his quæ ſupra notata ſunt, ſummam ſubducere velis, ex octo ſicilicis quattuor ſemuncias conficies, quæ alijs octo ſemuncijs iunctæ ſex vncias efficiunt;quæ ſi adiungantur ad vncias denariorum,ſeptem denarios & quinarium, aut ſi numeremus denarium qui ex ſexdecim aſſibus conficitur,octo & quinarium,ſeu octo & ſemis. Vtitur hoc eodem numerandi modo Cornelius Celſus in libris medicinalibus. nam ſemper

ſtellulam,id eſt,notam denarij præſcribit, deinde denarios,parteſq. eorum ; vt P.✱.VIII. 3 .ſiue =—. hoc eſt,pondere denariorũ octo & trientis. & P.✱.XII. =— hoc eſt, pondere denariorum duodecim & trientis. & P.✱ II. =— =—. hoc eſt, pondere duum denarium & beſsis. aut partes excurrentes tantum, vt P. ✱. =— =—. id eſt,pondere denarij bes. P.✱. S =—. pondere denarij dextans. quando vero denarios integros, non eorum partes ponit, denarij nota denariorum numerum ſequitur,hoc modo.P.IIII.✱. pondo quattuor denariorum. P. C. ✱. id eſt, pondo centum denariorum. Sed de his in Ponderibus latius egimus. Nunc quemadmodum Romæ rationes ad ſeſtertium fierent videamus, idq. verbis Voluſij Mæciani emendate ſcriptis. Sic igitur ait : Ad ſeſtertium ratio ſi conficiatur,Semis æris hac nota ſcribitur, HS — T. vocatur libella teruncius. Eſt autem libella ſeſtertij decima pars, teruncius quadrageſima; quæ duæ partes iunctæ,octauam ſeſtertij,id eſt ſemiſſem,efficiunt. nam octo libellis, id eſt octo decimis, teruncij octo(id eſt octo quadrageſimæ,quæ fiũt quattuor vigeſimæ,hoc eſt duæ decimæ)adiecti complent ſeſtertium.Sunt enim in ſeſtertio libellæ decem,ſembellæ viginti, teruncij quadraginta. Infra ſemiſſem nemo rationem ſeſtertiariam fere ducit, poteſt tamen. Nam quadrans,qui eſt pars ſextadecima ſeſtertij,poterit notari ſembella,quæ eſt vigeſima ſeſtertij, & dimidio teruncio,qui eſt octogeſima ſeſtertij. nam vtraque hæc pars iuncta efficit ſextamdecimam. As; notari debet HS = S. vocaturq. duæ libellæ ſembella, quæ ſiunt duæ decimæ & vigeſima, id eſt,quarta pars ſeſtertij. nam quater binæ libellæ,octo fiunt decimæ; quattuor ſembellæ,quattuor fiunt vigeſimæ, hoc eſt duæ decimæ; quæ ſuperioribus iunctæ ſeſtertium cõplent. As semis, notari debet HS =— S T. vocaturq. tres libellæ ſembella teruncius : & ſunt tres decimæ, vna vigeſima, vna quadrageſima, hoc eſt,

quarta

quarta & octaua ſeſtertij: ſuperſunt octauæ quinque, id eſt ſemiſſes quinque, vt compleant ſeſtertium. Dvpondivs hac nota, HS. S. vocaturq. quinque libellæ, quæ ſunt quinque decimæ. hæ duplicatæ ſeſtertium implent. Dvpondivs semis, hac nota, HS S —T. vocatur ſex libellæ teruncius. ſunt autem ſex decimæ & quadrageſima, id eſt, dimidia & octaua totius: ſuperſunt octauæ tres, id eſt ſemiſſes tres, vt ſeſtertium compleant. Tressis hac nota, HS S = Ꞩ. vocaturq. ſeptem libellæ ſembella. ſunt autem pars dimidia & duæ decimæ & vigeſima, hoc eſt, pars dimidia & quarta. deſunt duæ octauæ, id eſt quarta, quæ iuncta impleat ſeſtertium. Tressis semis hac nota, HS. S =— Ꞩ T. vocaturq. octo libellæ ſembella teruncius, quæ ſunt pars dimidia & tres decimæ & vigeſima & quadrageſima, hoc eſt, pars dimidia & quarta & octaua: ſupereſt octaua, quæ adiecta ſeſtertium compleat. Libella dicta creditur quaſi puſilla libra. Nam cum olim aſſes librales eſſent, & denarius decem aſſes valeret, & decima pars denarij libram, quæ eadem as erat, ſembella ſelibram, quæ eadem ſemis erat; teruncius quadrantem haberet; ſiue denariaria, ſiue ſeſtertiaria ratio conficeretur, iiſdem notis, id eſt, libellarum & ſembellarum & terunciorum, præpoſita nota denarij vel ſeſtertij, vt erat ratio, æra exprimebâtur. Poſteaquam in ſedecim aſſes denarius diſtributus eſt, denariaria ratio expeditius confici cœpit, vt ſupra dictum eſt; ſeſtertiaria manſit ſub iiſdem notis. Aucta tamen cõputatione hæc quoque libella, exemplo maiorum, in duos veluti ſemiſſes, qui ſembellæ vocâtur, & quattuor veluti quadrantes, qui teruncij vocantur, diuiditur. Hæc Voluſius ſatis verboſe, neque tamen ſatis aperte: ſed eius ſententiæ hic eſt ſenſus. Olim cum denarius decem aſſes valebat, ſeſtertius duas & ſemiſſem, argenteis nummulis, libella ſcilicet, ſembella & teruncio pro minutijs vtebantur Romani, ita vt deci-

mam denarij partem,hoc eſt aſſem, libellam appellarent,vt revera erat, quam ita notabant —. vigeſimâ vero, id eſt ſemiſſem,ſembellam,quam ſic notabant, S.& quadrageſimam,hoc eſt quadrantem,teruncium, quem hac nota ſignabant, T. Igitur libellis, ſembellis,teruncijs,ſuis quæq. locis diſpoſitis,pro binis teruncijs ſembellam,pro binis ſembellis libellam, pro denis libellis denarium : in ſeſtertiaria vero ratione pro quinis ſembellis, ſiue pro binis libellis & ſembella, ſeſtertium expedita ſatis ratione numerabant. Sed poſtquā denarius ſedecim aſſes, ſeſtertius vero quattuor valuit, denariaria ratio eo modo qui ſupra ſcriptus eſt,confici cœpit: in ſeſtertiaria vero eædem notæ,eademq. poteſtate manſerunt. ſed quoniam ſeſtertius quattuor aſſes valebat & ſemiſſes octo, cum ſemis æris,quæ ſeſtertij erat octaua pars,vltra ſeſtertios integros excurrebat, notabatur libella & teruncio,quæ octauam ſeſtertij conficiebant. Nam cum ſeſtertius quadraginta teruncios valeret, quinque teruncij qui ex his conficiuntur, octaua ſunt quadraginta,hoc eſt ipſius ſeſtertij. As vero,qui quarta pars erat ſeſtertij,notabatur duabus libellis & ſembella, quæ decem teruncios, hoc eſt quartam ſeſtertij partem efficiebant. ſic & reliqua. Cicero pro Q. Roſcio Comœd. Non refert parua nomina in codices? immo omnes ſummas. leue & tenue hoc nomen HS. ccclↃↃc. ſunt? Libellis autem ſeſtertiariam rationem confici ſolere oſtendit Cicero eadem oratione his verbis : Si peteret HS. IↃↃↃ. dari, hic niſi planum facit HS.IↃↃↃ. ad libellam ſibi deberi,cauſam perdit. Vbi libellam pro paruo ære, decima ſcilicet ſeſtertij parte poſuit. Igitur excurrentia æra à ſemiſſe ſic notabant. nam infra ſemiſſem æris ſeſtertiaria ratio non fere ducebatur.

Libella continet terūcios 4. Sembella terūcios 2. Seſtertius teruncios 40.

Cum ſemis æris,id eſt,octaua ſeſtertij pars excurrebat,ita notabatur, HS—T. libella teruncius.

Cum

Cum as, id eſt, quarta ſeſtertij pars excurrebat, ita notabatur, HS = S.
duæ libellæ ſembella.
Cum as ſemis, ſiue ſeſquias, hoc eſt tres octauæ HS. excurrebant, HS =— S. T.
tres libellæ ſembella teruncius.
Cum dupondius, hoc eſt, ſeſtertij ſemis excurrebat, hac nota, HS S.
quinque libellæ.
Cum dupondius ſemis, hoc eſt, quinque octauæ partes, HS S — T.
ſex libellæ teruncius.
Cum treſſis, hoc eſt dodrans, ſiue tres quartæ partes, ſic, HS S = S.
ſeptem libellæ ſembella.
Cum treſſis ſemis, id eſt ſeptem octauæ partes, hoc modo. HS S =— S. T.
octo libellæ ſembella teruncius.
Seſtertium vero integrum ſic notabant, HS.
decem libellæ, ſiue ſeſtertius vnus.
Hæc autem æra in vnam ſummam ita redigebant, vt pro binis terũcijs ſembella, pro binis ſembellis libella eſſet; denæ autem libellæ ſeſtertiũ ſubducerent. Itaque ex his omnibus ſupra poſitis, quattuor ſeſtertij & ſemis, ſiue quattuor ſeſtertij & libella, quinque fiunt.

Aeraria ratio quemadmodum conficeretur, à Voluſio non traditur; ſed fuiſſe eam in vſu Cicero oſtendit in oratione pro Quinctio his verbis: Cum pecuniam C. Quinctius P. Scapulæ debuiſſet; per te C. Aquilli decîdit P. Quinctius, quod liberis eius diſſolueret. hoc eo per te agebatur, quòd propter ærariam rationem non ſatis erat in tabulis inſpexiſſe quantum deberetur, niſi à Quæſtoribus quæſiſſet quantum ſolueretur. decîdis ſtatuiſq. tu propter neceſſitudinem, quæ tibi cum Scapulis eſt, quid ijs ad denarium ſolueretur. Vbi expreſſe & rationis ærariæ, & rationis ad denarium mentio fit. Sed quia maiores pecuniæ

non ære,ſed argento ſoluebantur,rationes tamen,in ſocietate præcipue, ære conficiebantur, neceſſe erat peritum aliquem conſulere,qui æra ad denarios, aut etiam aureos redigeret: & fortaſſe Quæſtorum, qui ærario præerant,hoc erat munus; vt in ciuitatibus recte conſtitutis publice diſpoſiti ſunt qui id faciant,& zygoſtatæ etiam; ne videlicet homines imperiti in rationibus decipiantur:ideoq. ibi à Quęſtoribus quæſitum fuit quantum illa æra argenti conficerent. nam apud nos non ſtatim inueniuntur qui multa morapetinorum millia ad argenteos nummos, quibus ſæpe ſolutio fit,reducere ſciant. quod ne accidat,tabulam huic rei propriam dicabimus, in qua æra ad denarios & ſeſtertios referuntur.

Quia vero has denarij,ſiue ſeſtertij minutias,quæ vltra integros excurrebant, æra appellabant, vt Voluſius ſæpe ait,& Varro lib. IIII. de ling.Lat. Et veteris conſuetudinis,vt retro æra dicerentur,ita vt ſemis tertius, ſemis quartus pronuntiarent. Inde factum,vt rationes ipſæ,ſiue potius nomina,quæ Hiſpane dicimus las partidas delas quentas, æra dicerentur. Cicero in Hortenſio, vt apud Nonium Marcellum legitur, id aperte oſtendit his verbis: Quid? tu, inquam, ſoles cum rationem à diſpenſatore accipis, ſi æra ſingula probaſti,ſummam quæ ex his confecta ſit,non probare? Quod à Cicerone dictum accipio, cum quidam poſitionem aſſumptionemq. ſyllogiſmi concederet, quæ quaſi æra ſunt,concluſionem vero, hoc eſt,ſummam quæ ex his conficeretur,negaret.Sequitur enim, quod item metaphoricōs dicitur: Itaque tibi concedo,quod in duodecim ſcriptis ſolet, vt calculum reducas, ſi te alicuius dati pænitet. id eſt, vt re integra quamlibet ſyllogiſmi partem aut aias,aut neges. Eſt autē datum (vt hoc quoque obiter annotem) quod in latrunculorum aut calculorum ludo Hiſpane dicitur, Treta: & reducere calculum, es tornarſe à jugar. Quinctilianus lib.XI. cap.II. An vero Scæuola in luſu duo-

Vide lib. de Ponderib.

